

Atria delicias habeant cœlestia: panas
Inter, delicias tu mihi, Christe, tuas.

De codem.

SAnguine pacta fides vincetos è carcere soluit
Soluit & arenati corda sepulta lacu.
Non facit hoc soli, regniq; immensa cupido:
Sed facit in populos prodiga dextra suos.
Qui sunt, quos redimit, cœliq; in sceptr'a reponit,
Signat abhuc sœuæ plaga cruenta necis.
Quanta tibi in captu, Christe, indulgetia regnū!
E easo pretium pectore, testis erit.

DE ADMIRABILI ASCENSIONE.

¶ Ad Christum cœlos ascendentem.

Christe, triūphali dū tendis in æthera pōpā,
Quām lētor, lenta dum petis astra morā!
Hac nīsi letitiā cumulares corda; dolores
Quis posset, celeres quis tolerare fugas?
Siste gradū; occultas fugiens genus omne bonortū
Siste gradū: tardā dant bona cuncta viæ.
Discissum aspectu dulcis mora temperat: ardent
Plus desiderijs lumina fixa tuis.
Gaudia mille traho, dum te contempnor cuntem,
Dum rapit ex oculis te fuga, mille rapit.
Astra petis; maneo in terris; abeuntis imago
Illa, meos luctus temperat, illa facit.

N

Ad

Ad eundem.

OS, humerosq; homini similis, tibi debita regi
Ingredere ætherei culmina, dulcis Amor.
Dulcis Amor, dulci qui corde mereris amore,
Alta triumphales duc super astra rotas.
Deposuit te dulcis amor de sede Tonantis:
Depositum reduci tollit in astra viâ.
Altior ut summo victor veberere triumpho,
Delabi faciles iussit ad ima gradus.
Mira p̄c regit amor commercia; iunxit in unum
Verum hominem, verum mente, animoq; Deū.
Ut Deus incoleres, & homo regna irfina facit.
Ut Deus ascendas, atque homo summa, facit.
Maiestas sic summa potest ascendere; summus
Quique Deus nescit crescere, crescit homo.

¶ De lapide Christi ascendentis vestigijs
signato.

Christus ouans lœtā dū tēdit in æthera pōpā.
Sculpsit in opposito marmore signa pedū.
Pressa sacrum seruat vestigia dulcia marmor:
Talia dum quisquis pronus adorat, ait;
Delicie fugere hominum, fugere voluptas,
Dulcis Amor, mentis gaudia, diuitiae.
Quid facis in terris miserū cor? Christus in aſtra
Ter rapit, & monstrat, qua gradiare, viam.

DE

E SACROSANTO
SPIRITU.

Illius aduentu tremefatos manes, malo sibi
omine prælusisse,

I Vre pallentes tremuere manes,
I More monstrorum fera mugientum,
Spiritus summis ubi principalis
Venit ab astris.

Seeptra Plutoni rapit imperanti,
Demit augustos titulos, & aras,
Monstrat humani cupidum cruxoris
Effe tyrannum,

Quem queat nullus satiare sanguis:
Maximum quanuis bibat ore Gangem,
Luridam quanuis bibat Amphitritem
Cæde cruentam.

Igneis necit, religatq; nodis,
Damnat æternum Stygijs caminis,
Flamma ubi semper, sine luce, nigra
Sulphure fumat.

Spiritum contra tremuere reges,
Spiritum contra tremuere gentes,
Fregit incassum Paracletus hostem
Arma frementem.

Arma respersit, nece Virginali
Virgo non mollis: neeis incruenta

*Repperit palmas: domuit feroceſ
Agna leones.*

*Strauit imbellis puer insolentes
Principes, duræ ſine vi, nec armis,
Audet in densas, properante curſu,
Tendere flammæ.*

*Virgo quod fecit, puer & tenebūs,
Vir facit tactus potiore flammā,
Quem ferum ſacro Paracletus igni
Armat in hōstem.*

*Spiritu ſummi duce Patris, ignes
Corda dum norunt, pariterq; Nati,
Et Patri, & Nato cupiunt receptam
Reddere vitam.*

*Hoc amor poſcit Patris, atque Nati:
Ardor hoc ingens animi virilis:
Prodigus penſat nece qui cruorem,
Funere vitam.*

¶ De eodem.

*Artifici igne, rude homiū genus ad ſummi
omnia conformatum.*

*Paret è ſummis nouus ardor aſtris:
Eſſe quid magnum noua ſigna monſtrant:
Aura crebreſcit, referuntq; blandi
Murmura venti.*

Ebra

Æthra vel terras ruit in iacentes,
Terra vel summum petit alta cœlum:
Prorsus aquari reor ima summis

Fœdere dulci.

Fingit Heroum genus absque dextrâ,
Lingua monstrofis radiata flammis:
Quale non fuluogenerauit ætas

Nobilis auro.

Vincit Eos nitor uniones:

Vincit ardentes nitor & pyropos:

Lilium candens minus enitescit,

Et minus aurum.

Dum videt Phœbus deos, erubescit:

Equid astrorum peragent nitores?

Ipsa nocturnos vaga condit ignes

Luna minores.

Qualiter flagrat Cherubinus ardens:

Taliter flagrat noua turma: turmas

Æquat alatas, quibus astra supra

Vita perennat.

Mole mortali penitus relicta,

Monte sublimi petit alta cœlum

Quin supra raptum cupidè ellaborat

Ducere mundum.

Tanta non lenti mora finxit æui

Monstra: nec rarum decus æmulantes

Alitum dextræ, meliusvè quidquid

Sidera celant.

Quos rudes cepit sacra Flamma, doctos
Redit extemplò: vitreos refingit,
 Reddit & duros, adamantis instar
Igne a moles.

Cepit imbelles: subitò leones
Redit audaces ad acuta bella;
 Frigidos cepit, subitò euaporant
Pectore flamas.
Artifex Ignis sacer hoc peregit;
Quàmque sit velox didicere ciues,
 Igne flagranti superùm beata
Sede reposi.

¶ De eodem.

Lingua quem signat rutilante flammā:
Aura cui magno comes est tumultu
 Spiritus, cœptis sacer obsecundat
Grandibus autor.

Vnde coniurant Solymà nefasti,
Cum sacerdotum grege perfidorum,
 Cæde regali scelus abluentem
Perdere ferro.

Figitur ligno super Agnus alto:
Hinc, & hinc pendent gemini latrones:
 Spina pendentis caput ambit Agni:
Sanguine rorat.

Solquia nigranti tegit ater umbra

Aureos vulnus, & amica Phœbe
 Crimen auersis fugiunt quadrigis
 Grande reorum.

Agnus expirat: subit Agnus Orcum:
 Terret immanes Acherontis umbras:
 Surgit ex imâ redimiuus orá:

Scandit Olympum.

Spiritus cœlo volitans ab alto,
 Gloriam casí manifestat Agni,
 Spontē regali docet expiassē
 Sanguine mundum.

Edocet victos spoliassē Manes,
 Morte susceptā superasse mortem,
 Pro probris claras retulissē palmas,
 Pro nece vitam.

Cuncta terrarum subito nonantur:
 Incipit rerum nouus ordo: mundus
 Cultor est Agni, prece quem profusa
 Pronus adorat.

Hinc magistratus, populus, sacerdos,
 Dulce qui supra posuere lignum.
 Corpus, immanis male vulnerandum

Cuspidis hastā,
 Cade carentis renouantur Agni;
 Crimen agnoscunt graue, quod patrarunt:
 Quodque ferali petiere dextra,
 Numen adorant.

*Agnus in excelsa cruce quæ peremis
Vrbs atrox, illi pia ponit aras,
Flore quas vestit: pariter Sabao
Thure vaporat.*

*Fudit augustum fera gens cruorem,
Cuius est magno pretio redempta:
Carpit insuetos scelere ex nefando
Gratia fructus.*

*Posse vix mundus fieri putasset
Ista, niveri Paracletus autor
Esset, & sacris prius imbuisset
Pectora Linguis.*

*AD SACROSANCTVM SPIRITVM.
Votum, pro reparando orbe.*

*P*erdidit formam, speciemq; mundus:
Culpa deformem maculosa finxit:
Plumbeum fecit, luteumq; pulso
Longius auro.

*Vise deiformes, Paracletus, terras;
Quas reformati, renouâ potentèr
Igne cœlesti: repetentq; priscum
Protinus aurum.*

*Nostra, sopitis mala secla flammis,
Ut redardescant meliora, sacro
Igne concepto, reparentq; vires*

Anctia

Aucta priores,
Nectat æternis pia corda nodis,
Addat ardentes animis amores
Charitas dulcis, meritò piorum

Mater amorum.

Cesset armorum furor inquietus,
Qui ferox armis inimicat orbem,
Pacis & semper cupienda terris

Fœdera turbat.

Fœda quæ gazis inhibat cupidus,
Instar Harpyiæ scelerata raptrix,
Claudit æterno male quæ receptas

Carcere gazas,

Pulsa discedat procùl hinc: acutum
Sentiat ferrum, meritasq; pœnas:
Ac velut monstrum furiale nostrum

Deserat orbem.

Quæ fides mentes super astra raptat,
Copia pectus potiore ditans,
Cogat ingentes rutilantis auri

Spernere aceruos.

Terra sit cœli radiantis instar,
Pax ubi ciues, odys fugatis,
Necit æternum: simul & perennes

Addit amores.

Corda nil querant, nisi Numen ardens:
Illijs flammæ sitienter optent:

Illijs

*Illi*us *sacros* *sitiendo* *anbelent*
Semper ad ignes.

D E S A C R O S A N C T O S P I R I T V.
Nouam ab eo legem promulgatam, veteri lon-
gè feliciorem, & suauiores.

In ter obscuras data lex tenebras,
 Inter horrendos data lex fragores
 Terret auditus, nimioq_z turbat
 Corda pauore.

Mons sacer fumat, rutilantq_z nubes
 Inter obscuros penitus nigrores;
 Agmen ad Martem stimulat sonoro
 Buccina cantu.

Fumus obscurus, fragor, atque clangor,
 Inter horrendas vaga lux tenebras,
 Pectoris signat tacito latentes
 Corde timores.

Lex vetus mundo peperit tremores;
 Terruit gentes, animosq_z flammis;
 Pondus imponit graue: ferre pressus
 Quid nequit orbis.

Detulit dulces noua Lex amores:
 Dulce blanditur, iuga blanda reddit:
 Quin & arcatas recreat latenti
 Igne medullas.

Pondus

Ponderi pondus graue demit: absque
 Mole fert moles: leuis inter ignes
 Ludit ardentes: requiescit inter
 Fessa labores.

Vt nouæ Legis reperitur Autor
 Spiritus mitis, pius, & benignus:
 Lex habet quidquid noua lenitatis
 Flamma ministrat.

Ille, ceu totum regit æquus orbem,
 Maior in reges velut imperator,
 Maior antiquas viget inter omnes
 Lex noua leges.

DE SACROSANCTO SPIRITU.
 Eo Magistro, summam rerum humanarum defi-
 pientiam edoceri: & saeva tyrannorum
 tormenta, præ illius dulcedine,
 ridenda.

Mira diuinus docet hic Magister,
 Lingua quæ monstrat, rutilante flâmda,
 Aura quem monstrat, propè non ferendæ
 æqua procellæ.

Quem Pater spirat, pariterq; Natus,
 Quem triumphat Styge, morte victa;
 Cæde quem Natus referans Olympum
 Misit ab astris.

Edocet saeras superare tygres:

Asperos

Aasperos erudæ catulos leænæ:

Edocet diros superare lata

Fronte tyrannos;

Ire per fœnas, sine clade, flamas,

Quando Vulcanus furit in caminis:

Cumq; turbati tumuere fluctus,

Ire per undas.

Sponte crudeli dare colla ferro,

Pro sacrâ Diuūm pietate, & aris:

Quin & aeternos emere inuidendâ

Morte triumphos,

Quodque blanditur, specieq; fallit,

Dulce quod paret, iugulare ferro:

More conantis Patris Abrahami

Perdere natum.

Quasque mortales sitienter ardent,

Ne solo vili penitus putrescant,

Pauperum dextrâ posuisse supra

Sideragazas.

Prorsus humanum nihil appetendum:

Sole sub nostro nihil esse magnum:

Grande, vel summum nihil estimandum,

Præter Olympum.

Hec docet nemo, nisi doctor ardens.

Spiritus sacrâ face: nemo suadet,

Is nisi ardenti prius ex Olympo

Imbuat igni.

Erudi, Doctor, rude peclus, ingens:
 Corda formosis recreas fauill:;
 Da sequi sacros monitus, volantis
 Alitis instar.

DE SACRO SANCTO SPIRITU.

Inchoat à flammis diuina exordia mundus;
 Quám noua Flamma venit, tam nouus orbis erit.
 Fit noua terrarum facies, noua forma relucet;
 Deponunt senium cuncta nouata suum.
 Plumbea que fuerant, fuluum vertuntur in aurum:
 Splendida de saxo gemma repente nitet.
 Vixit in terris gens aurea: clarior illa,
 Quam tulit Herorum tempore dimes humus.
 Alter ab integro seclorum nascitur ordo.
 Monstra quis effinxit tam noua? Flamma facit.

De flamma divini, & humani Amoris. 205

Miscet Amor pugnas: dulci rapit arma duello:
 Pugnat in affectus fax inimica suos.
 Vincat ut infames, cælo volat ignis, Amores:
 Ignibus, infamis igne repugnat amor.
 Vincitur, & vincit flammis amor; ignea cedit
 Vis minor: ardentifax face vieta cadit.
 Apud aethereas flammæ expugnantur amores;
 Vincitur iniustus, vi nisi amoris, amor.

De eodem.

C Edite mortales, pugnax ruit ignis ab alto:
 Armatur sacris Martia lingua rogis,
 Est noua bellorum facies: noua bella parantur:
 Ipse suos armat Spiritus igne globos.
 Nemo triumphabit, depugnatore Tonante:
 Pralia, cœlesti pro duce, lingua tonat.
 Produce lingua venit: pro milite, lingua laceffit:
 Absque manu(mirum!) lingua trophya rapit.

* In sacrosanctam Columbam. *

VT blandi superent agni sine viribus orbem,
 Non sine prodigo, blanda Columba facit.
 Robora que inspirat mitis sine felle Columba,
 In palme titulos, mitior agnus habet.
 Vincitur insuetà sic mansuetudine mundus;
 Marte repugnasset, vis nisi blanda foret.

* In sacrosanctam auram Spirantem. *

C Rebrescunt aura; Zephyris date vela secundis;
 Linteaque in portus aetheris aura feret.
 Que venit ex alto, data carbas a ducet in altum;
 Quo magis aduersa est aura, secunda magis.
 Netimeas pondus; spirat violentior: orbes
 Ut super aethereos mox graue tollat onus.

Rumpe moras: cœli tende ad fastigia; cœli
Culmina cui dantur, quid remoratur humus?

Se In sacro sanctam Linguam. 208

QUAM bene cœlestē notat ignea lingua Magistrū,
Ignibus alloquitur quam benè aulcis Amer!
Discere vis puros puræ pietatis amores?
Erudiat peclius flammæa lingua tuum.
Mabreni summos mortalibus addit honores?
Pandit inexhaustos Numinis illa sinus.
Vis nosse accensa sit quanta potentia Lingua?
De terrâ cœlum Lingua repente facit.

In sacrum conclave.

VRbis fama tue, Solymæ Conclave Sionis,
Spiritus at hereo quod sacer igne beate
Sensisti superas spirare potentius auras,
In te diuinæ igne rnbere faces.
Te super effusa est largi indulgentia cali:
In te larga Dei prodiga visa manus.
Nunquam tam dulces hauserunt corda sapores:
Pectora delicias nunquam habuere pares.
Feta domus calo, felici ex ubere posco
Tantum reliquias: his ego dimes ero.
Has ego non auro concludam; in corde reponam:
Plus auro, & gemmæ iam tibi corda placent.

De

¶ De codem. ¶

Impleuit totam domum.

Totum homini illabi produnt nona signa Tonantia;
Impletur, lapsa tota Tonante, domus.

Grandia dona fluunt Dominum comitata ruentem
Dona fluunt Domino nulla minora suo.

An maiora cupis? totus conturbet Olympus:

Nil iam quod donet totus Olympus habet,

Stultitia est, hominem maius sibi poscere; Numen
Cui non est ingens, ille pusillus homo est.

DE TRIVMPHALI
VIRGINIS MATRIS
in cœlum Assumptione.

P A R A N E S I S.

Vulo discrimine Triumphatori Christo Tryumphatricem Mariam adnuxi: decoram, & sequacem tantæ gloriæ appendiculam; Amicantur bellè duo hæc Lumina: ut iam utrique detrahat, qui alterum cum altero non participauerit. Ac ne detrimenta quidem solitaria habent: ecce enim hîc, ut illîc chartulæ originales nocuere, quarû litura

litora, post multam spongiam, vix pauca reddidere. Mentior, nisi hæc copula Emmanueli grata; cogitet qui primum Epigramma legit, sic enim habet.

66 De Virgine in cœlum assumpta. **66**

Virgo Parēs veri est verissima Solis imago,
Virgo Paren̄s Nati est gloria viua sui.
Virgo refert Natum cœlestis imagine vitæ:
Æmula surgentis de nece, Virgo redit.
Natus it in cœlū: Genitrix quoq; t'edit in astra:
Summa tenet Natus: proxima Virgo tenet.

f Ad eandem morientem.

Mira tibi vita est, vitæq; insignis origo,
Et decus insuetæ nobile mortis erit.
Et mundū, & mortem vicisti, & Tartara; Restat
Vincere cœlestes, ultima palma, chorus.

Ad eandem.

Igniferis Vates dum tendit in alta quadrigis,
Discipulo vestis pignus amoris erat,
Non amor in cœlum permittit abire Parentē,
Quin det pignoribus pignora magna suis.
Siccessura Paren̄s velamina sacra reliquit,
Ergo patent natis dulcia corda suis.

De eadem assumpta.

Astra super Regina feror rediniua triumphit;
Fallitur, è tumulo qui petit ossa mea.
Ardua cum magno teneo fastigia Nato:
Sub pedibus video currere secla meis.
Metamen innueniet qui me bene quærit in orbe;
Natorum in casto corde, superstes ero.

De eadem.

Aemula sideribus, radiantia sidera vincis;
Æmula castrorum, cassra inimica fugis.
Lucifer, audacter qui Natum in bella lacepsit,
Territa dat sacro terga supercilium.
Tām bene quæ pugnat, rediniua ex morte triumphit;
Et premat hanc, plantis ut premat astra suis.

De eadem.

Quid genus ingratis iteras mortale querelas?
Hic manet, æthereis redditia Virgo plagi.
Utilis hæc natis præsens absentia; raptæ
Sollcitæ natis cura Parentis erit.
Utilis hæc natis absens præsentia; raptæ
Cuius apud natos corda Parentis erunt.

Ad eandem.

TEduce, compositis mitescunt secula bellis,
Fractaq; truncato colla draconem iacenti.
I, pete solenni stellantia limina pompā:
Martiis opus cessat, te sacra palma vocat.

VIRGINIS ASSUMPTIO. 211

Tevocat ad dextram Natus: Pater ipse coronans
Iam parat; ardentes Spiritus addet opes.
Virgineum tibi Virgo decus, cum matris honore,
Qui dedit, is cœl: quid nisi summa dabit?

Ad eandem ascendentem.

Virgo, triumphali petis aurea sidera cursus,
Et desolatam rapta relinquis humum.
Quid facient agni dulci sine Matre? quis illos
Proteget, infesto dum fremit ore leo?
Te sine mors, vita est; tecum mors, vita, manere
Est opus; aut natos, Virgo, perire tuos.

Ad eandem.

I, decus i, nostrum Virgo, super aethera; poscic
Patris amor, Nati gloria, Matris honor.
Nec tibi natorum venient obliuia. Mater:
Quos tener, in molli pectore, fixit amor.
Sifori displ ceant tibi nostra piacula; grata
Pignora erunt Nati parta cruxore tui.

Ad eandem.

Virgo Parens, summum traxisti ex aethere regem,
Aurea te superum Rex super astra trahit
Felix senz traheris, seu dum trahis ipsa Tonans:
Vixaque fors meritis debitas, Virgo, tuis.

Ad eandem.

Excipis hospicio, Virgo fœcunda, Tonantem;
Excipit hospicio te Deus ipse suo.
Pectore Virgo Deum: solio Deus excipit aureo;
Nec dare tu melius: nec Deus ipse potest.

¶ De Virgine in cœlo deprecatrice.

AStat ouans Nato Genitrix super aethera,
charis
Prospiciat natis ut studiosa suis.
Ignibus armatos solet exarmare furores,
Filius in fontes cum fera tela parat.
Prisca ministeria, & sacra incunabula profert,
Quæque tulit, duram dum stetit ante crucem:
Se super affectat natis impendere; fare,
Quis sub tam dulci Matre perire potest?

De eadem.

IUdicis æterni Genitrix concendit in aulam,
Mitiget ut natis iudicis ora suis.
Gaudet honore Parens: sed plus quod leniet iras;
Tam bene vult natis, quæ sibi blanda Parés.

Ad eandem.

Regnante superis te, Virgo, Europa salutat,
Teq[ue] Asia, & Libyæ regna opulenta colunt.
Te Stygiæ manes, te pronus adorat Olympus:
Sol tibi dat vestes, sub pede Luna iacet.

Corda

Corda supercilie, Genitrix, turbata serenas,
Et facis aspectu regna beata tuo.
Natum ex armando, melioribus induis armis;
Fortius en Agnus, quam Leo, bella mouet.
Gratia, diuitiae, tua summa potentia; magnis
Te titulis, natos utilitate beant.
Affetu Matris vincis dona ipsa; priusquam
Munera des, natis das tua corda tuis.

¶ De Beata Virgine in cœlo Regnante. ¶

Quare rapit attonitū forma immortalis Olympū,
Tam terram aspectu, quam beat astra suo.
Tam rapit humanos humano ex pectore sensus,
Dulce sit ut, letho deproperante, mori.
Majestatis inest tantum sub fronte serena,
Tanta supercilie gloria, tantus honor! -
Sic sibi conciliat mundum Regina; nitores
Tam dulce irradient, tam grante pondus habent!
Regina astrorum est, terrarumq; una; tremendum
Qui caput inclinant Tartara, terra, polus.
Si forma imperio digna est, & culmine regni:
Hac forma imperio regia, digna suo est.

De eadem.

Post sedem augustam, & solium sublime Tonantis,
Prima triumphans gloria Matris erit.
Sed procul à solio distabit Virginis aureo
Quisquis ab Augusta Virgine primus erit.

214 DE CHRISTO TRIVMPH. LIB.VI.
DE SANCTISSIMA MARIA
Magdalena.

P A R A E N E S I S.

T nobilis Triumphatori Christo præda Magdalens. Nulla ille ditior, nulla (ut sic dicam) superbior. Piaculum sit herentem pedibus amouere. Peccauit illa: Emendauit: Parentauit: Vapulauit: Obiit: In ciuitate: In conuiuio: In cruce: In Massilia. In solitudine. Lusit in singula Poeta. Una hac Iacinia totius libri sexti vestis pulcherrimè absoluetur.

De Magdalenâ peccatrice ad Christum.

Ac si nulla forent, sic vixi, Numinæ; möstra Omnia sub nostro sunt stabulata finu Quotque mali species, tot sūt mihi crimina: cedat Omnia criminibus, secula prisca meis Arma ferox in te, violentaq, tela paraui, Diuitias, formam, lumina, corda, comas. In te alios etiam furijs accensa coegi, Impia sacrilegâ sumere tela manu. Non satis in pœnas Styx, & tormenta Gigantū, Non satis in pœnas Tartara sœua meas. Oceano matora fero, maioraq, mundo Pondera, quæ vastâ pectora mole gemunt,

Anit

Ante pedes procumbit onus, viresq; laborant:
 Dulcis anbelantem dextera, Christe, leuet.
 Sileuet ante pedes, dulcis modò dextra, iacentē,
 Ante tuam stabit, pondere fixa, crucem.
 De eadem.

Q Valiter eructat Æthnæa cacumina flamas:
 Taliter ardentes sum iaculata faces.
 In me coniurant elementa minacia, cœlum,
 Sidera, Sol, Stygio Tartara nigra sinu.
 Suscitat ardentes quoties tua dextera flamas:
 Deterret grauibus, me grauis ira minis.
 Tuta satis sceleri nulla est fuga; tutius ille
 Ad te configuit, qui tua tela timet.
 Ad tua configilio supplex vestigia: parce,
 Viscera qui dulcis blanda parentis habes.
 Silibet ulcisci, vindex ulciscere; nunquam
 Funera per dulces dantur acerba manus.

De eadem.

A Spiciens, caderem scelerū præterita mole,
 Ni tua tam pietas prodiga, Christe, foret.
 Tu veniæ causas in te, mitissime sumis:
 Repperit has ardens, & generosus amor.
 Silibet irasci: merui graue fulmen, & ignes,
 Mitte coruscanti tela trisulca manus.
 Vre seca, macta, duroq; interfice ferro;
 Tam pulchrum, vita plus ego funus amo.

¶ De Magdalena ad Christi pedes.

ELEGIA.

Christe Amor, & Pietas, imis mihi fixe medullis:
 Promere delicias hic tibi gestit onyx.
*H*is tibi puniceam cupio super ungere frontem:
*Q*ue mihi supplicij sint monumenta tui.
*S*ume precor lacrymas gemino de lumine; rores
*H*os tibi de molli pectore, fundit amor.
*P*roh dolor! in vanos vanum diuisit amores
*P*eculus amor; caesum vulnera quanta tulit!
*H*ei mihi quot laeti forma splendore' rapinas
*Q*uot feci. Stygijs facta rapina ducie!
*F*rena cupidinibus rexit malefana cupido:
*A*rbitrium mentis quam penes omne mea.
*V*ana animo vana ingenio secessabat: & aures
*C*ura mihi forme, cura decoris erat.
*S*i quis odoratos, nardo spirante, capillos
*E*xtulit: exiliis lata decore come.
*S*i quis depicta laudauit lumina forma:
*E*xiliis, forma lumine lata mea.
*N*unc oblitia mihi iam catena; dulcis IESU
*P*rincipum, & nostri finis amoris eris.
*P*raterit etatis breue ver florentis, & aui;
*O*ptima dum fugio, deteriora sequor.
*S*emina que soarsi ridentia, carpo dolorem:
*N*ec desideriis par venit ille meis.
O utinam, in maestos maestissima solueret imbris:

Fæmina

Fœmina latitiâ par mihi nulla foret.

Cetera, te prater, fastidio, dulcis I E S U:

Corde tuo hospitium nunc mihi dulce paro.

Inde mihi promam Nardi spirantis odores:

Effundamq; super balsama rara comas.

De eadem.

DVm veneranda super vestigia fundit odores,

Et lauat irriguo Magdalens imbre pedes,

His lacrymis vitam damus, & miserefcimus ulro,

Christus, olorina carmine vocis, ait.

Crimina quod damnas, vincisq; animosa pudorem,

Et cadiſ ante meos, mitis ut agna pedes,

Parcimus, & scelerum commissa remittimus ulro:

Et tibi in aethereos ius damus omne polos.

Crimina cœlestes patefacta merentur amores:

Clausa aperit merito Numen: aperta tegit.

Ad eandem.

DVm te, diua, tui nona fax exurit amoris,

Quam fuit obsequijs officiosus amor!

Sacra ferunt teneri Domini ad conniuia fletus,

Quos tener è gemino fonte ministrat amor.

Lumina que validis sparsere incendia flammis,

Fletibus extinguunt quas retulere faces.

Mira facis, mulier; lacrymis extinguvis Avernum:

Igne mades, caca es lumine, rore cales.

Placat amoris amor violenta incendia; nempe

Antidorum est turpis castus amoris amor.

De Magdalena iuxta Crucem.

Ex cubat ante crucem morientis Dina Tonantis:
Mœstaq; dum spectat funera, funus erat.
Desuper, erumpens per hiantia vulnera sanguis
Labitur; & pectus purpurat, atque sinus.
Inde manus, atque ora fluens nova purpura tingit.
Inq; genas rosei sanguinis unda finit.
*'Alba colorantur velamina cæde recenti:
Fit similis Domini Magdalæ imbre sui.
Tunc sic alloquitur morientem, o sola voluptas!
O Amor! o vita vita suprema mea!
Diluerint lacryme rosei nisi signa cruoris,
Ha mihi sint roses semper in ore note.
Si nihil est quod ames in me, dum crima damna:
In me particulas respice Christe tuas.*

Ad eandem.

Que perstas inter Domini fortissima penas
Fœmineo robur corde virile geris.
Fœmineum natura dedit tibi pectus, & ora:
Ignea sed pietas vincere posse viros.

Ad eandem.

Vnguenti multum dederant alabæstra; liquoris
Plus fudere oculi, Magdalæ sacra, tui.
Unguenti cum fudit onyx redolentis odores,
Ostendit largas dextera dines opes.
Ipse sui, lacrymas dum rosa lumina fundunt,
Prodigus ostendit quam sit amoris amor.

Effeti-

Effecere duos lacrymantia lumina fontes,
 Fusasolo, Domini dum lauis imbre pedes:
 De cruce pendentis Domini, dum funera ploras;
 Oceanum geminum lumina fientis agunt.
 Scilicet oceanum geminum meruere cruores,
 Diluuī, rubrā qui nece, more fluunt.

Ad eandem.

DIC ubi fel, gustans renuit quod dulcis IESV.
 Ad sacra, ter felix, quod venit ora Dei:
 Magdalensis hoc nimio patiendi ardore recepi;
 Cor pro vase dedi; mellea felle fui.

¶ De Magdalena in Massiliæ
 solitudine.

IN cœlum scopuli, præruptaque saxa minatur,
 Hic spelunca cauo stat latebrofa sinu.
 Intus aquæ dulces, viuoque cubilia saxo:
 Has coluit quondam Magdalensis exul opes.
 Veste carens omnis passis vestita capillis:
 Hic gelidas vicit pectoris igne niues.
 Fregit Auernalis luctantia colla draconis:
 Milleque, sumanti sub Styge, monstra dedit.
 Quam bene delicis mutat cœlestibus escas!
 Quam bene cœlesti nectare, mutat aquas!
 Condit ouans longos, Cereris sine munere, soles:
 Arida nec liquidis ora leuantur aquis.

Dum

220. DE CHRISTO TRIVMP. LIB.VI.

Dum sacer Isacidum famulantia viderit astra:

Aligerūm famulas, plus videt ista, manus,

Aligerūm super astra choris defertur: & audit

Carmina mortali non referenda fono.

Dulcis in antra suum rorantia dicit IESUM;

Et fruitur Domini dulciter ore sui.

Et Deus, & superi dulci famulantur amori;

Delicias cœlo Magdalisa una facit.

Ad eandem.

S Ola sub exēsis viuis, Matrona, cauernis:

Pocula fons vitreus porrigit; herba dapes.

Antra domum: vestes coma: dura cubilia rupes;

Talia tunc tacita fas tibi voce loqui.

Catera contemno mortalia, catera nolo,

Dum mihi sit Sponso fas modō posse frui.

Illius in vultu contemplor ut omnia: vultus

Sic mihi, cum sperno catera, solus adest.

Ad eandem.

D Vm chorus Aligerūm, sublimem ad sidera tollit,

Aure bibis dulces deliciosa modos.

Sapientis hoc iterat Superūm manus aurea: diuīm

Concentu possis quo propiore frui.

Præludit certis sponsus tibi, Dina, triumphis:

Lataq; de lacrymis fit tibi palma tuis.

¶ De Magdalena morti vicina.

P Ingit olorinis senium mihi tempora canis:

Nec tamen in nostro corde senescit amor.

Tempora

Tempora labuntur: senio lacerantur amictus:

Integer in dulci mente perennat amor.

Est ubi tesaurus, spectant mea lumina cælum;

O mihi quam vilis pressa videtur humus!

Sola super viles restant vestigia terras:

Deripit aethereus lumina fessa polus.

Sis int in terris (fateor) mea lumina flecent,

Quae sine nec fuerint sidera pulchra, pedes.

¶ De obitu eiusdem sine martyrio. ¶

Vulnera cum dulces promptè patiantur amores,
Vulnera cur nullo Magdalæ ista cadit?

Nil nisi vulnus erat Solymarum in rupe Magister:
In cruce sublimis, nil nisi vulnus erat.

Cæsa manus, casum numero so vulnera corpus:

Vulnera vulneribus iuncta, tulere necem.

Fronte super lacerâ rorabant sanguine vepres:


Ferre a purpureum ruperat hasta latus.

Ante crucem stabat Matrona: hinc mille ferebat

Vulnera: de tanto vulnera, vulnus erat.

Non opus est ferro tam caso in pectore; nullum

Sicut, innueniet iam noua plaga, locum.



LIBER SEPTIMVS.

DE CHRISTO TRIUMPHATORE.

P A R A N E S I S.

Eneō te in media triumphi pompa,
lector; Sex en libellis insignem Tri-
umphatoris currum dedi; totidem,
quod reliquum est pompa exornabo.
Primores tituli Imperatoris ambitioni dati,
spolijs opimis præfixi. Manubiæ sunt quæ se-
quntur, æ quo insigniendæ elogio. Præit bella-
torum turmas antesignanus Baptista. Vulgus
applaudentium pone sequetur. O veræ gloriæ
choragium? Vale.

IN ORTVM SANCTISSIMI
Ioannis Baptistæ.

PRecurrat rosea lampade Phosphorus
Ortus purpurei Solis, ab integro
Qui

Qui Matri gremio nascitur, igneo

Vultu sole nitentior:

Quem sacræ, Pietas, matris ab ubere,

Finxit delicijs sideræ manus:

Virtutumq; chorus dum similem tulit

Pulchris lusit amoribus

Natus de sterili matris inatili

Ad fœtus senio: de simili patre;

Naturæ solitum præterit ordinem,

Mirà clarus origine.

Maior gente hominum: par superum choris;

In terris agerent, quam sacra Numinæ

Vitam, solus aget per nemus auium,

Iordanis prope flumina.

Imbellis pueri dextera fulminat,

Vires tam tenera experta Typhoeas;

De cunis validam vim facit ætheri,

Cunctos, vim faciant, monet.

Ex pœnâ genitor promeritâ tacet:

Celat fœta parens abdita pignora;

Quanto Vox oritur tanta silentio,

Verbi prævia maximi!

Qualem quanta tubam dat taciturnitas!

Quæ clangore suo secula territet!

Quanto quantus adeſt præco silentio,

Cœli proditor abditi

¶ Ad desertum : ut creditum sibi Puerum
seruet.

O Traelus nemorum fronde comantium,
O ripæ vitreo Flumine roscide,
Commissum teneri corporis hospitem
Seruate incolumem precor.
Etatis tenera sit licet hic Puer:
Voluit mente sacrâ non puerilia:
Æui transiliens tempora lubrici,
Monstris prodigiosior.
Set à terribili , qui licet horreat,
Agrestiq; cibo per iuga , cognitas
Monstris per latebras : mollior est nixe,
Agno mente tenerrimo.

Nudum pene latus frigoribus patet,
Nudo frigus iners vertice sustinet,
Nuda stratus humo , sub Ione frido,
Noctes exigit humidias.

Plantas nulla ligant vincula . nec tegunt,
Quas vepres lacerant , vel rubus asperat:
Fuscat frontis ebur Sol face flammæ,
Fuscat Brumarigoribus.

Opposta Zephyris aure Aquilonia,
Horrentes hyemes , aspera tempora
Tam molli Puerο parcite frigora
Igni dura remittite.

Tellus corporibus dura iacentibus ,

Nesit

*Nefis tam tenero saxe a corpori,
Molles sterne toros gramine rustico
Fessus dormiat ut Puer.*

D. Ioannis Baptiste in deserto Iordanis
fluuius benè ominatur.

*In fantem tenerum dum videt hospitem,
Rupis sub gelido fornice concave,
Noctis per tenebras, per solidos dies
Votis astra laceffere,
Iordanis viridi glaucus arundine,
Tollit de liquido tempora gurgite:
Inter præcipitis murmura fluminis
Dulci gutture murmurat.
Infantis facies me rapit ignea,
Immortale nitens, non hominum modo:
Naturæ nec opus, nec fragilis manus
Tam præstans ego dixerim.
Inter mista niui purpura candidæ
Vincit purpureis lilia cum rosis:
Aurum cæsaries ducta per anulos
Naturâ duce, tortiles.
Ardentes oculi signa micantidæ:
Ostrum labra, Tyros prisca quod apparat:
Ceruix vincit ebur lactea candidum:
Oris gratia Cyntium.*

*Lucent signa minus Phydiacæ manus:
Vibrant ora minus pulchra cupidines:
Collatus Puer Lucifer igneus,*

Deformis rosea est face.

*Infans, tam tenerum quid latus asperant
Setæ terribiles? Zona quid horrida?*

*Sylvestres epulæ melle quid osculum
Lædunt dulce saporibus?*

Turgent rore pio quid tibi lumina?

*Blandas lacrymulae cur violant genas?
Heu quam nostra tuis flumina lacrymis*

Cogis crescere largius!

Num consanguineæ Pignora Virginis

Cor desiderijs deperit intimis?

Venit dulcis amor per sacra lumina,

Imbres elicit igneos?

Tetris flagity vel tibi conscius

Extinguis grauibus supplicijs scelus?

Non sunt quæ simili suppicio luas

Culpæ crimina noxiæ.

Instar prodigiæ vita per auias

Syluarum latebras, per iuga montium,

Exemit vitijs te populantibus,

Infans mitis, & innocens.

Si desiderium te tenet hospitis

Quem Virgo peperit, quem dape lactea,

Quem dulcigremio sedula nutrijt,

Dulcis

*Dulcis cui dedit ubera,
Quem demonstro, Puer, respice fornicem.
Musco peruiridi, nectare roscido,
Tophis, & tenui pumice pendulum,*

Nostris non procul à vadis:

Ambos excipiet non sine gloria:

Ambos sub modico fornice; qualia

Pleio concipies gaudia peccatore,

Alternà vice gestiens!

Summo fonte fitis tunc satiabitur:

Vastum labra bibent Oceanum sacra:

Cernes sub modica delicias domo,

Diues queis polus afflitit.

Cœlum quis modicam confluere in domum

Totum posse putet? Quis, posità Deum

Maiestate, breui posse sub angulo?

Angusti tuguri capi?

DE D. IOANNE BAPTISTA.
Nullis minis, nullis blanditijs tam arduam vi-
te, ac victus rationem potuisse vnuquam,
more arundinis agitari.

Deserta solus qui colit aspera,
Et saxa monstros nota ferocibus:
Cui mella duris lecta truncis
Pro dape, cui rigidæ locustæ,

Iucunda fontes pœcula vitrei,

Et dura sternunt antra cubilia,

Suspensa tophis, quæ recenti

Rore madent, viridiq; musco,

Cui fluxa collum cæsaries tegit,

Informè corpus tegmina vestiunt:

Direpta turgenti camelò,

Zona sacrum latus hirta cingit,

Non est arundo (credite Numini.)

Non est arundo quæ citò fleclitur,

Quem vota magnorum parentum

Progenerant sacra, non voluptas.

Est cedrus ingens: latius explicat

Frondem comantem, densaq; brachia:

Dulcem sub umbram se receptant

Rex, Proceres, facilesq; turbæ.

Columna totum est plusquam adamantina,

Quæ fulsit orbem, ne malè concidat:

Quem Atlante non flectet remisso,

Impositi graue pondus orbis.

Romphaea summi Numinis ignea,

Quæ corda sacro vulnere diffidit;

Virtutis exemplar decorum;

Virginei titulus pudoris.

Spireret secundis aura fauoribus,

Certetq; summis tollere honoribus:

Frustra laborabunt ministri,

Qui

Qui Solymà veniunt ab urbe.

Sic blandientum mollia reppulit,

Incus ut ictus percutientium,

Cum robur immanis Cyclopis

Æra cauis ferit officinis.

Victus nè cedet rebus in arduis,

Quem non secundis mollia casibus

Flexere? Dura, & blanda virtus

Æqua subit simili tenore.

Non est arundo: palma sed ardua

Vento furenti nescia cedere:

Nec vi procellarum, nec ullis

Turbinibus tremefacta nutat.

Affixa radix sede in Olympica

Irridet iras Æolijs Noti:

Vanosq; Neptuni tumores

Ludificat, licet astra pulset

Cum matre turpi filia turpior,

Frementis instar sœuiat Africi:

Immanis Herodes adulter

Sacrilegas acuat secures:

Turpis puella, matris adulteræ,

Regis minacis despiciet minas

Cum Rege matrem, filiamq;

Arguet exitio imminentia.

Insueta ne miracula querite;

Stagnare rupes, boscere flumina,

Titana sisti, stare lunam,
 Et resonare quatere ære muros.
 Transcendit omnes pro meritis viros
 Mensura vite non superabilis:
 Supraqum mortales triumphat:
 Sede minor supera est beatis.

¶ Ad D. Ioannem puerum in solitudine.

I Nicola siluarum tener, & sine viribus infans,
 Quid colis hirsutis cognita lustra feris?
 Quid facis? aut montes quis te deduxit in alto?
 Quis per inaccessas duxit in antra vias?
 Quis modus hic vita per inhospita saxa fatigat?
 Est rigor incultis durior, iste iugis.
 Que tibi sunt epulae? vel quo velariis amictus?
 Fare age, quo ponas corpora fessa toro:
 Sunt tibi deliciae? sunt fessi atate parentes?
 Est tibi que famulas turba ministret opes?
 Sunt tibi blanditiae, & chara indulgentia matris?
 Oscula maternus num tibi figit amor?
 Fare age, cur rigidis velautur corpora setis,
 Zonaqu, virginem cur premit hirta latus?
 Que tibi tam tenero vita sunt crimina? peccus
 Quenam sollicitant noxia fastata tuum,
 Sponte tua ut subreas tormenta horrenda, vel ipsis
 Pro scelere admisso non subcunda reis?

Nullum

Nullum crimen habes: nec te facta impia torquent:
 Non cadit in mores squalida culpa tuos.
 Aspera sed tenerum dum te tormenta fatigant,
 Mollia per teneras sunt mihi facta manus.

¶ In D. Ioanneni. ¶

Es puer; & solas hilarat tua gratia syluas;
 Es vir, & es populis deliciosus amor.
 Vnus, inassuetam demonstras pollice vitam;
 Mortuus, extinctis nuntia fausta refers.
 Tristitiam in risus, mutas in gaudia luctus:
 Bella geris, pulchra tempora pacis eunt.
 Umbrarum in tenebris præludes Lucifer; Ornam
 Solem Fax, multo quam venit ante, vides.
 Ante vides vitam, quam vivere cœperis; orbi
 Vix natus, cœlo natus, & aptus ades.
 Plurima diuinæ ornant miracula cunas:
 Te pater, & mater prodigiosa parit.
 Mirum opus artificis te dextera fingit I E S U:
 Fingitur è dextrâ non minus ille tuus.
 Cui tot sunt tituli, tot sunt miracula: fas est
 Dicere diuinæ succubuisse faces.

¶ De eodem. Ecce Agnus Dei. ¶
Ioan. I.

Quartus adest testis, quantū manus indice mostrat!
 Quām stabilens faciunt aspera texta fidem!

232 DE CHRISTO TRIVMP. LIB.VII.

Quó magis appares setis horrentibus asper,

Plus Agni apparet gratia blanda tui.

Aspera non lădent tenerum quem porrigit Agnum

Delicias dñi pectoris, Agnus amat.

¶ De morte sanctissimi Ioannis, & Herode
tyranno.

EN duo pugnaces incunt certamina: multum
Dissimiles armis, dissimilesq; fide.

Pro virtute alius: pro crimine militat alter:
Vincitur hic: vici viribus ille ruit.

Hic quatit obstantem clamosa voce tyrannum:
Voce repercussus saepe tyrannus agit.

Tanior Herodes adamante rigescit adictus:
Durat in Herodem vis violenta magis.

Prælatus cunctis mortalibus occidit; ense
Altius insurgens vox ingulata sonat.

Extincta vocis plus sacra silentia clamant:
Ut puto, clamaret vox ea vina minus.

Vox quæ sola fuit, eum te, Rex saepe notaret,
Pertua multiplicat, vulnera missa, sonos.

¶ In diem natalem Herodis.

Nascitur Herodes: pallescere debuit orbis
Solis: & atratas ducere luna rotas

Debet

Debuit Oceanus positas transcurrere metas,
Et super iniecto rura tenere salo.

Monstrosos partus natura profundere, formis
Pectora terrent quæ stupefacta suis.

Sanguine debuit rancor fluuij mutare liquores:
Debuit è paris fontibus ire cruor.

Fingere terribiles flammamurum incendia formas:
Et cadere irato sidera lapsa polo.

Debuerant Stygijs tumulis exurgere manes:
Perq; urbes medias ire, redire feræ.

Igne debuerat ruptis fornacibus Aetna
Eructare graues sidera ad alta globos.

Parcere prodigijs voluit natura, polus q;:
Iustaq; parcendi causa reperta fuit.

Dum caput apponit, dum membra madentia tabo,
Omnia Natalem monstratulere diem.

In eundem.

NAscitur Herodes, tumulis exurgite manes:
Fundite tabificis larga flueta genis.

Non satis est viuos laxare in flumina fletus,
Adijciant lacrymas ossa sepulta suas.

Manibus Herodis gaudet lux prima reuulsis;
Nempe hæc lethalis, credite, origo fuit.

In eundem.

ODi ego funestos natales sanguine: cœnam
Odi ego quæ fusi sanguinis imbre madet.
Lux festa est, faciem referunt conuinia mortis:

Festæ epulæ, mœsti funeris instar habent.
 Hæc procerum primis, hæc mœsa paratur amicis;
 Iste magistratus addecet aptus honor.
 Has dare delicias Herodes nouit, & escas:
 Has habet Herodis quisquis amicus erit.
 Conuenit Herodi celebrare cruentibus ortus,
 Non erit Herodis, quæ sine cæde dies.
 Pernicies mundo cum tanta enascitur, vndens
 Lux nece, conuiuæ cæde, cruento dapes.

¶ In cœnam Herodis.

(bras,
 Vre tua obscuras, Princeps, fit cœna per um-
 Natalisq; tuus lumine, iure caret.
 Occubuit Titan, miseroq; refugit ab orbe
 Aspiceret cœnæ ne fera monstra tuæ.
 Quiq; Thyestæ fugit conuiuia mensæ,
 Non minus immanes nunc fugit ille dapes.
 Mundo infelices certent si vincere noctes
 Luce tua peior, nox, puto, nulla fuit.

¶ In conuiuium Herodis.

A Duocat Herodes sœua ad pallatia primos
 Imperij proceres: credite, monstra parati.
 Aduocat eximum matura ætate senatum,
 Murice quem Tyrio regius ambit honor.

Iuræ

Iura Magistratus qui dant regalia: regni
Quos super incumbit grande potentis onus.
Quid facis Herodes? quæ te dementia cepit?

Flagitijs proceres cogis adesse tuis.
Quot sunt coniuæ cœlata per atria, testes,

Herodes, sceleris tot facis esse tui.
Si facis, ut sœuæ pateant monstra impia dextra;
Qui sua diuulgat crimina, notus erat.
Nil mirum Herodes facies; immania cum sint,
Es bonus Herodes, ni grauior a facis.

De codem.

OMNIA certatim properant elemēta sapore
Herodi; mira quos parat arte manus.
Tellus quadrupedes, volucres agitabilis aer,
Vndatulit pisces, flamma ministra focum.
It genus omne feræ, volucrum genus omne volabili
Interdicta suis sumina, perna, lepus:
Ceruus, dama, bouis teneræ sub lacte sagina,
Hircus, & immundæ filia parua suis.
Solea, cum scombris, acipensis, sargus, echini,
Rombus, Murænæ, concha Lucrina, lupi.
Turdus, anas, perdix, turiur, ficedula, pauus,
Et quæ delicijs nomina Phasis habet.
Splendida purpureo lucent crystalla Falerno:
Vina cadus fundit de meliore nota.
Fercula regificas onerant regalia mensas,
Datq; laboratas cœna superba dapes.

Plus placet humani capitis caro lurida Regi,

Plus placet humanus fusus in ora cruor.

Huic Regi nihil est hominis; sub fronte teguntur

Ingenium, mores, gustus, & ora fera.

De eodem conuiuio.

Fercula regificis fumarant plurima mensis,

Cum caput in disco Nympha cruentatulit.

Fercula priuatis sument communia mensis,

Vulgaris regi non satis esca sapit.

Postulat humano rorantia colla cruore,

Membraq, non solitâ pro dape, tincta nece.

Nil actum Herodi, procuratumq fuisse,

Ni ferus humanum cerneret ante caput.

Mande ferox artus, humanaq membra tyranne,

Fercula Tartareus decoquet ista calor.

De eodem.

TErrâ tibi dederat, dederat mare, diues & aer

Delicias, addit carceris umbra suas.

Aera, tellurem, denicit, & equora carcer,

Dum tulit ad stomachum fercula facta tuum.

Ista leonina est, & non humana voluptas,

Cum saturant diram membra cruenta famem.

De eodem.

Fercula detestor, detestor pocula, mensas,

Quæ sibi tam crudas sustinuere dapes.

Execror hospitium, conuiuas execror, ensem

Qui cœnam hospitibus sanguinolentus agit.

Improbæ

Improbè rex, diros conuiua vertis in enses,

Deq; epulis mors est flebilis orta tuis.

Natalem, rex, esse tuum nisi perfide nossem,

De dapibus possemus nosse, cruentè tuis.

De eodem.

Quis paret hac autor positis conuiua mensis,

Edocet humanā cœna cruenta nece.

Qui sint conuiua monstrant conuiua; fusi

In quibus humanus mittitur ense crux.

Quæ sit saltatrix, demonstrant pramia patris,

Dum latus ad numerum tam sine fronte mouet;

Quæ peperit monstrum lenibus tam mobile plantis,

Consilio pellex, se probat esse suo.

De eodem.

Fercula regalis censentur idonea cœna,

Lurida montanis si datur esca feris.

Non poterant melius conuiua lauta parari,

Essent conuiua si Diomedis equi.

Humanos artus, & membra fluentia tabo

Apponis: Siculum quofo Cyclopæ voca.

In conuiuas Herodis.

Hinc procul à sauis conuiua abscedite mensis,

Cœna Troyæas porrigit ista dapes.

Regia puniceo fumant carchesia tabo,

Pro dapibus consum ponitur ense caput.

Turp:z

Turpia conuiuas culpant conuiuia: mensa

Senitiam regis, damna pudoris habent.

Regia, luxuria probrosa infame theatrum est:

Altera saltatrix, altera causa, Parens:

Tertia de solio Herodes famosus adulter:

Aula, dapes, comites, Rex grane crimen habent;

Ergo tam turpis qui vult conuua vacari,

Herodis melius de grege, porcus erit.

In eosdem.

Summa Magistratus regni fastigia: fortes

Martia qui geritis fortiter arma, duces:

Magna Potentatus regnorum insignia: longi

Pectora consilijs temporis, apta moris:

Quos vocat Herodes lauta ad conuicia: cuius

Inter conuiuas filia pulchra salit;

Expectate dapes infectas sanguine: Vatis

Expectate madens cæde recente caput.

Expectate nefas immane, & fercula Regis,

Que vincant monstros horrida monstra suis.

Si modus est cædis, si funeris, atque cruoris,

Degener Herodes à feritate sua est.

In eosdem.

Discite conuiua festum ad lethale vocati,

Fercula quid Regis sanguinolenta velint.

Quos vocat, infames princeps facit impius; ingens

Ad iusta Herodis tendere, crimen habet.

Nata facit turpes, dum mobilis implicat orbes,

Dam

Dum mouet in numerum desidiosa pedes.
 Rex vos carnifices iubet esse, & adultera: nullus
 Dum vetat infanda frangere colla manu.
 Dum caput apponit, tepido quod sanguine fumat,
 Improbus immanes vos facit esse feras.

In Herodem.

Visa est imperio regnare libido superbo,
 Claraquam ad arbitrium sceptra tenere suum.
 Nec pudet incestos fœde celebrare Hymenæos,
 Nec sacra fraternali rumpere vinculatori.
 Nec pudet Herois ceruici inferre securis,
 Et speciâsse notis ora cruenta suis.
Quid mirum est hominem iugulasse ferociter: audet
 Irrisiſſe procax, qui sine fronte Deum?

In eundem.

Sis, quale, Herodes, portentum, immania monstrant
 Crimina; facta manus, vita nefanda probant.
 His ibi sunt thalami, quos omnia ira refutant:
 Sunt fatus, quales non habuere ferae.
 Illum extinxisti, posset quem vincere nemo
 Moribus, exemplo, virginitate, fide.
 Unus es, exemplo possit quem vincere nemo,
 Luxuria flammis, improbitate, dolis.
 Esse magisterium potis est tua vita nefandis,
 Esse libidinibus formalibido potest.

Si ma-

*Si male viuendi coniuncta exempla petantur,
In quo sint, Princeps, omnia, Jolus eris.
Per multos dispersa, tenes collecta; repente
Te duce, ad exitium quisque venire potest.
Te quoque si possent scelerum documēta docere,
De factis posses discere monstra tuis.*

In eundem.

SParfa pererrato qui monstra exterruit orbe
*Alcides, traberet dum mora longa manus,
Si saeum Herodem, si facta immania nosset,
Verteret à reliquis robora dura feris;
Diceret attollens clavæ graue pondus; In uno
Omnia (si macto) monstra trucido, viro.*

¶ In Herodis iuriurandum.

PEr fida ne violes, Rex, iuramenta, trucidis,
*Additur incestis hæc noua culpa tuis.
Ius, male iurando, violas hominumq., Deumq;
Tam male seruando, ius proculs omne negas.
Si matri, & natæ tanta est permitta potestas:
Vtraque poscendo, quid n: si monstra petet?
Cælitis haud mirum est utraque reposcere cæde:
Est mirum arbitrio sic dare iuratuo.
Vtraque si peteret coleres ut eburna Deorum
Signa, vel artifici saxa animata manu:
Si iugulare boues, niueos si posceret agnos,*

Sidare sacrilegis thura Sabaa focis.

Iam puto, Rex, totum faceres tam uxorius; eset

Hac tibi relligio, priscaq; iurta Patrum.

Conugis obsequeris votis, nataq; tuisq;

Grande nefas ficta relligione tegis.

Agnoscent tua facta, a no monstrante, nepotes:

Qualia sunt, cunctis cognita semper erunt.

Semper adulter eris: eoninx incesta: puella

Frons minor; Hac iuras: quis tua iurta neget?

g De eodem iureiurando.

PEriurum miror non inter pocula Regem:

His maiora solet fingere monstra merunt.

Additur errori nouus error, monstraq; monstris:

Imperium peragit, quod male lingua dedit.

Impie Rex, ficto pratexis nomine culpam:

Crimina dum celas tunc manifesta facis.

Vi placeas natae, placeas ut, saue, parenti,

Turpe scelus, certum est, plus placuisse tibi.

Vi fera bisgeminas satiaret dextra leanas,

Integer ille Agnus sic feriendus erat.

Virginitas iugulanda fuit sic sacra bipennis:

Ut geminas aleres eade fluente lupas.

D e e o d e m .

Quid scelerare manus Agni noce cœlitis audes?

Cum male suraris, Rex fere, peius agis.

Filia si peteret charissima lumina matris,

Fare age, saltanti lumina chara dares?

Posceret augustum solium si nata, dedisses?

Desereres solij culmina summa tui?

Site complexu vellet diuellere matris:

Non puto, iurasses ter licet, abriperet.

Vota excusasses natæ poscentis: abiſſet

Saltatrix donis lata repulsa tuis.

Nunc sacra, Herodes, cum colla poposcerit, audes

Tam male iurata tingere cæde manus.

Es malus interpres diuini iuris, inique;

Vt sis, Herodes, Nata, Parensq; facit.

De codem.

CUlminis augusti fastigia summa reposcunt,

Maturos animos, consiliq; moras.

Dum leuiter iuras, citò perficis: vera que res est

Indigna imperio, digna furore tuo.

Purpura te regem, te sceptra, palatia, fasces

Efficiunt; leuitas peccoris esse negat.

Maturè adiurâ: maturius effice princeps,

Indignus sceptris ne videare tuis.

Consilia Herodes si non Ioannis obaudit,

Quid do consilium? Nec capit ille suum.

In Herodem caput puellæ conce-
dentem.

Quid facis Herodes, capit is male prodige?

mundus

Cui caput inclinat, quod nigra regna tremunt?

Das

Das caput, Aligerū decorāt quod nomina: adorāt
 Gemmea siderei quod super astra chori.
 Das caput, æterno cuius sacra dæxtera Verbum
 Equeum Patri Numine, tinxit aquis.
 Das caput, æthereus referat cui limen Olympus,
 Quo super, è cœlo sacra Columba volat.
 Das caput, æthereas referūt cui verba per auras;
 Filius hic meus est, hic mihi summus Amor.
 Prodigie Rex, multūm plus, luxuriose, dedisti
 Das caput, ut capit is sit tibi iure nibil.

De eodem. (iux^t)

Q Vid iubet Herodes? quid possit adultera cō-
 Nympha quid exerceat luxuriosa pedest^r
 Grādia parturiūt grāde, & memorabile möstrie
 Monstra: Pater crudus, Filia, mœcha Parēs.
 Consilium famosa suis dat adultera: poscit
 Nata placens choreis, obsequiturq_z Pater.
 Funditur innocuus festa inter pocula sanguis;
 Plus metuo crudas, quam rabida ora, dapes:
 Vnafames Libyos cogit sauire leones:
 Tu satur exerceas, Rex malè crude, neces.

De eodem.

Q Vod caput abscissū gemate reponitur auro,
 Culpa grauis, Rex, est: sed speciosus honor.
 Viliter occisum pretioja in lance reponis:
 Quod fieri debet non facis, atque facis.
 Grande ministerium, non tu, lanx aurea præstat

Nouit reliquias lanx pretiosa suas.

De eodem.

Quod caput impositū venit in conuinia disco,
Sæuitia, ut possit se satiare, facit.
Sanguine rorantes fera bellua postulat escas,
Has parat Herodis non nisi sua manus.
Rex fere, sacrilegos animo transgresse Nerones,
Fercula das saeuæ tam pretiosa feræ?
Ebrius es: nec enim faceres hoc sobrius unquam;
Vinum alios, multo te crux imbre grauat.
Equaret tua mensa dapes prandentis Olympi,
Sobrius appositis si fruerere cibis.

In Herodiadem puellam saltatricem.

IMplicat assiliës dü Nympha volubilis orbes,
Attonitus Pater est, attonitusq; comes.
Plus incompositos quò deformatur in actus,
Hoc formosa magis creditur esse patri.
Respondet generi saltatrix nata, parenti
Quæ magis infami fœda per acta placet.
Nil ab adulterio poterat, nisi turpe, creari:
Fructus adulterij, non nisi turpis, erit.
Quò magis Herodes natam videt absque pudore,
Plus natam attonitus credidit esse suam.
In qua si minimi vidisset signa pudoris,
Diceret; Hujus ego non pater, alter erit.

De

De eâdem.

SAltat, & insultat casto male casta pudoris
Turpius insiliit, cum petit ausa caput.
Quod magis, abiecto saltat vesana pudore,
Saltibus attonito plus placet illa Patri.
Sinon saltaret tam turpiter ante parentem,
Vix natam Herodes crederet esse suam.
Quae se sic versat sine fronte, infamis adulter,
Non est alterius, nata puella tua est.

De eâdem saltatrice.

FRONS sine fröte aperit delicta incesta parëtū:
Frons ab adulterio quòd sit oborta, probat.
Lubrica quod saltat, numeros, & brachia dicit,
Mobile tam celeri quòd mouet arte latus,
Disciplina fuit, qua turpis adultera natam
Erudit; matrem nata in honesta refert.
Quicumque at discum confert cum fronte puellæ,
Prostituit frontem quam bene discus, ait.

De eâdem.

MOnstrifera tantū descendit origine möstrū:
Möstriferos partus nō nisi möstra ferūt.
Tisi phone sœuas immulxit in ora papillas,
Infantemq; graui fouit amica sinu.
Tempora qui cingunt densi ramosa Cerastæ
Afflarunt animas cordis in ima suas.
Pectora sub sœuo posuere cubilia manes,
Quisque suas artes addidit, atque dolos.

Hinc nona progenita est seclorum iniuria; solus
Herodi potuit sic placuisse patris.

De eadem.

Foemineum serpens pectus subit excitus Orco,
Inq; puellares labitur orbe sinus.

Nec mora, foemineos pestis sublapsa per artus,
Occupat os, humeros, brachia, terga, latus.

Inde hominum succensi animi rapuere furores,
Dum salit artifici regia Nympha gradus.

Blanda bibunt proceres aconita, & dulce venenum
Qui super ostrinos discubuereratos.

Turpiter ex hominum facie, velut altera Circe,
Saltatrix sahas efficit arte feras.

Artibus humanis ergo fera monstra cibantur,
Humanusq; amido sumitur ore cruent.

De eadem puella.

Cum video Scyllam latrantem, & saha frenent,
Scyllaeos cursu prepete vito canes.

Bellerophontais trans super aethera pennis,
Cum visa est monstrosi iuncta Chymera tribus;

Cogit ut effugiam facies monstrosa Charibdis;
Quis non, inspiciens tam fera monstra, fugit?

Efferat plus monstrosi, plus insidiosa videris,
Humana in facie que mihi saua noces.

Quo monstrosa minus facies incesta, timenda
Est magis, insidiosi illecebrosa suis.

Tess

Ti^g magis vito quam monstrū immane; cauere
De disco, didici qui tua monstra, tuo.

De eādem caput postulante.

DE te virginitas queritur mæstissima, Prin-
ceps,

Florem extinxisti quòd violenta suum:
Florea virginitas fuerat: quæ flore perennat,
In te, dum florem sic metis ense, perit.

De eādem caput Ioannis afferente.

PRincipis apportat sœua ad conuiuia Vatis
Exuuias, Jæui filia sœua patris.

Sœua Thyestæ vincuntur fercula mensæ,
Sol fuge: sacrilegas Nox tegat atra dapes.
Horruit horrendū facinus polus, horruit orbis;
Herodi nunquam gratiор esca fuit.

Vescitur Herodes, & vescitur impia coniux:
Filia prælibat sanguinolenta dapes.

Atque ait Herodes, dum gestat filia discum;
Ecquis te natam non putet esse meam?
Dete quòd genita est saltatrix, talia patrat;
Tu quòd es Herodes, talia facta probas.

De eādem.

PRæmia saltanti cui dantur colla, caputq;
Sanguine pollutos qui in mouet illa pedes!
Consuluit cædem que Vatis adultera, ferro
Herodis sœui, sœuius ore ferit.

Praconens venire qui sacro interficit ense,
Indignum venia noxia culpa facit.

Cui caput appositum est sacra à cervice renulsum,
Plus facit exequias, quam capit ore cibos.

Quæ petit extinguit tam rari exempla pudoris,
Prædidit illa suam Nympha pudicitiam.

Quæ gerit in disco fumantia colla crnore,
Crimina declarat quam pretiosa facit.

De eadem.

GEst inhumanè caput à cervice renulsum,
Quæ bibit humanam Nympha cruenta neci
Vina licet suiant coniuine, & pocula poscant,
Crudior humanam plus sitit ista necem.

Ore fera sitiunt, oculis bibit ista cruorem,
Expleat ut geminis corda ferina modis.

In disco vatis virtutem agnoscó virilem:
In disco sana facta cruenta fera.

Efferus Herodes, monstroq; immanior omni,
Et monstrosa Parens, quid nisi monstra dabunt?

Dum Natura feram properat, fera foemina nata est;
Dixerit; Humanam se genuisse feram.

De eadem.

Quæ gerit in disco pretiosi tempora Vatis,
Viliter occidit quem ferus ense Pater,

Dum caput in disco sublime attollit, honorat;
Non vult obsequium dum dare sua dedit.

Nequitiam prauo matris cum lacte bibisti,

Quid

Qua bene quod fieret, tam male prava facis.
Qua pietatis opus tanta impietate ministras,
 Impia, dic, peragens crimina, quid facies?

In Herodiadem matrem, & filiam.

I Mpendis famæ mercaris, adultera, Vatis
 Funera; dum perit hic, plus tibi fama perit.
 Multiplicas testes generoso è sanguine Diui,
 Dum caput abscindit sanguinolenta manus.
 Tot numeras testes contra tua crimina guttas
 Quot sacra purpureæ colla dedere necis.
 Secula tam puro credent ventura cruori,
 Vera attestatur tam sine labe cruor.
 Quo gerit in disco cæsi spolia inclita Disti,
 Circumfert culpa signa cruenta sue.
 De palma certent Genitrix, & Filia; Mater
 Dum dat consilium, dum fera Nata petit.
 Arbiter Herodes sedeat senissimus; Ambas
 Forsan equales de neco, iustus aget.

In Herodem, Herodiadem matrem,
 & filiam.

I NVos em armantur sacram tria mōstra; cruentus
 Herodes: similis Filia: seu Parenz.
 Criminaq; ut oclent vox intercluditur: auferit

Ceruice è sacra dextera sœua caput. (Cas
 Quid facis Herodes? quid turpis adultera? ma-
 Nympha quid alterni mobilitate pedis?
 Additis ad cœsam, vim magnam, & robora, vocē:
 Vox nequit occidi: nec iugulata tacet.
 Ætheraq; & vastū clamoribus implet Olympū:
 Perdita adulterium Vox magis ista sonat.
 Sanguinis effusi vox est æterna: Tonantem
 In necis autores prodigiosa rapit.
 Plus sonat in disco Saltatrix, Mæcha, Tyrānus;
 Audiat Herodes cum male, dissimulat.

In eisdem.

Agnosco in vultu genitricē, agnosco Parētū;
 Hæc facies natæ turpis utrumque refert.
 In disco agnosco tres uno in criminē causas;
 Tam crudum ad facinus non fuit una satis.
 Dum tres cōueniunt crudo in certamine, palma
 Vnus miteriam nobilioris babet.
 Vnus habet palmam, sed tres vicisse videntur;
 Qui minus apparet vincere, victor abit.

In obitum D.Ioannis. 45

Ioanni extinto crudeli à Principe, dulcis
 Ex oculis fusō rore parentat Amor.
 Adsuens;

Adueneror cineres dulci plus nectare dulces:

Exhuias posito pronus adoro genu.

Sin tibi pro inferiis mea peclora sintq; medulla:

Quidquid in hoc spirat corde, sit omne tuum;

O si, pro cunctis, possim sollennia solus,

Quatibi debentur solnere, quantus ero?

Imensus affectio pro te fudisse cruentem:

Dum nequeo, lacrymas ossa sepulta bibant.

Alta sepulchrales non tollo ad sidera moles,

Grandia nec tumuli marmora caelo notis.

Sat tibi corda hominum pro diuite Mausoleo:

Pro titulo, lingua totius orbis erunt.

In obitum sanctissimi Baptiste. 26

ELEGIA.

Armata suspensis librata per aera pennis,

Iordanis vitreo quā fluit amne Pater:

Dulciter argutos solita intermittere cantus,

Terribiles Vates cùm daret ore sonos:

Non opus est tacitis pressisse silentia linguis,

Non opus est lingua conticuisse mora:

Occidit horrenda, qui voce ciéret Olympum:

Terribilis ferro dextera clausit iter.

Nunc implere decet resonis loca sola querelis:

Voce parentandum est, Vox sacra quando tacet.

Gloria Iordanis, fluviorum prima, dolendum est:

Occubuit ripa gloria primatue.

Ad geminos, mœrens geminos super adjice fontes
 Largius bumeclent flumina plura genas.
 Ut modicum plores, si damna euentur obortis
 Fletibus, Oceanus nec satis omnis erit.
 Quem Verbu ante tulit cunctis mortalibus, Heros
 Punicea truncus cæde cruentat humum.
 Discipuli tumulant truncata cadauera; Patri
 Nympha caput rorans sanguine fæua referte
 Lumina conuiuæ spectatæ in cæde cruentant,
 Ollis frons hilaris: corda sed imæ dolent.
 Letatur genitor: lætatur adultera coniux:
 Letitia certat vincere vterque sua.
 Plus capiti insultat regina immanis: & illud
 Non timet horrendi fulminis ante iubar.
 Fortè etiam in sacros, maius temeraria vultus
 Ausa nefas, manibus vulnera prima nouat.
 Qualiter immanes Massyla per arua leones
 Sanguinea tingunt rostra cruenta nece.
 Denique pallentes caput accepere tenebrae,
 Ne vox incestos clamet ubique toros.
 Numina vindictæ, trifidos remorantur & ignes:
 Nullus adeſt vltor, crimina sola patent.
 Magna tuis, flumen, facta est iniuria ripis,
 Carnifices sacrum cum rapuere caput.
 Mors tua, lordanis, cædes fuit aspera Diui:
 Illius exitio deest tibi quantus honos!
 Cuius ad eloquium solitæ concurrere gentes,

Te prope gramineis decubuere toris.

Ille tua populos vitrea tingebat in unda,

Ille manu dulces sapè legebat aquas.

Ille animos dictis suspensaq; corda tenebat,

Ille oculis blandas sollicitabat aquas.

Altius exemplo dicta infigebat in alto

Pectore, vocales cùm daret ore modos.

Vipereos partus clangore exterruit, iras

Intentans læsi Numinis, atque faces.

Arboribus cecinit diras instare secures,

Brachia quæ lætis fætibus orba gerunt.

Tune picturatæ vocem pressere volucres:

Arboreas subter conticuere comas,

Vt vox sacra canas populorum intraret in aures,

Deq; feris dociles fingeret ore viros.

Mius aspectu visi se attollere montes,

Lætaq; de tumidis surgere saxa iugis.

Visa etiam querulis resonare in montibus Echo,

Dum trahit attonitos dulcis in astragreges.

Iordanis plora: perijt tua gloria: quondam

Non eris, incolumi Cælite, qualis eras.

Nec Solymæ populos vicina nec oppida tinges:

Impia nec pura membra lauabis aqua.

Nec vitreas fiet procerum concursus ad undas:

Hospite nec populo nobilis hospes eris.

Te super haud ultra referabitur aula Tonantis,

Regia nec motis stabit aperta seris.

Nec

Nec Patris aethereis vox vera remugiet auris,

Nec veniet sacro missa Columba sinis.

Nec caput augustum, nec eburnea colla, nec artus

Virgineos sponsi tanget amica manus.

Colliget ille leues nec tempestate locustas,

Nec bibet è pressis rusticæ mella fuis.

Antra recursastis que vocis & magne, quando

Dicitur in morem personuisse tubæ,

Non responsa caue reddetis truncæ canernæ:

Occidit horrendos qui dabat ore sonos.

Quæ tetigit pedibus gemmantia prata, colores

Ponite, pubentes ponite veris opes.

Per flores stillent, per lilia summa liquores,

Gutta, rorantes degrauet vda comas.

Occidit, & ferro sparsi tellure crux,

Incestos thalamos, iuraq; lesa sonant.

Fluminea virides plantæ quo surgitis umbra,

Quarum per tremulas lubrica ludit aquas:

Quarum frondenti sub tegmine fugerat ignes,

Lacraret steriles cum canis ardor agros:

Perdite formosas ripæ frondentis alumnas,

Non ille umbrösæ tegminis hospes erit.

Occidit in mœsta ingulatus carceris umbra,

Ingenuas umbrat mortis imago genas.

Præbuerant viuo quo dura cubilia saxo,

Roscida natissis fletibus antra fleant.

Iam non hospes erit, nec inhospita lustra reniset,

Nec

Nec breuis in duro pumice somnus erit.
 Occidit, aeterno clauduntur lumina somno:
 Aspera prima quies, ultima dulcis erit.
 Iordanis plora; raris tibi flumina guttis
 Hac sibi perpetuo murmure rauca sonent;
 Iordanis quondam fluius: nunc fluminis umbra:
 Has tantum in lacrymas utile flumen habet.

¶ De infelici genere mortis fillæ Herodiadis
 saltatricis.

B Ruma rigens frenavit aquas, fit peruersus amniss
 Ingreditur fallax Filia Regis iter.
 Quod pro ponte gelu fuerat, tabescit: hiatus
 Suspendit tremulum furca gelata caput.
 Abripuit flumen truncata cadavera; restant
 Marmoreum supra colla resecta gelu.
 Lubrica saltatrix inter connivencia, riu*i*
 Lubrica pro tumulo stagna liquentis habet.

De eadem re.

L ubrica per glaciem, subterlabentibus undis,
 Herodis sani filia tendit iter:
 Frangitur exemplò glacies: diuisa recidit
 Triste caput: corpus mobilis unda tulit.
 Risit terra vago tumulatum flumine, & inficit
 Est aptum liquidis tam leue pendus aquis.

De eadem re.

Fluminei riguere, gelu coeunte, liquores,
Quos subter, magna mole feruntur aquæ.
Nympha super faciem ponit vestigia; cessit
Fracta, puellares nec tulit illa gradus.
Ac veluti ferro glacies caput abscidit, undis
Flumineus versat corpora raptæ liquor.
Æmula criminibus respondet pœna; choreas
Corpus agit: reddunt colla resecta caput.

De eadem re.

Nata quid Herodis peragit sub flumine?
Saltat,
Mobilibus mirè raptæ mouetur aquis.
Non citharæ sonitus saltanti deficit; olli
Namque susurranti murmurat unda sono.
Ante homines bellè saltauerat, ante parentem:
Squamigero saltat nunc ea raptæ gregi.
Si foret infernos intersaltatio manes,
Saltatrix stupidis manibus illa foret.

De eadem re.

AÆmula Matri erat turpissima filia: Pa-
Æmula: luxurie fecit utrique parem.
Flumi-

D. IOANNES BAPTISTA.

Flumina dixerunt; monstros ne polluat orbem,
Hanc superiniecta mole tegamus aqua.
Flaminis obrigit facies stupefacta; liquefecit
Sub glacie, trepida mobilis humor aquæ.
Nympha premit glaciem, gressu suspensa; geluq;
Frangit onus; rесесant frusta gelata caput.
Corpora raptat aqua celer impetus; ora Parentis
Flebilis incesta, trunca tulere manus.
Atque ait; Abripuit flumine te Natura; remansit
Cur caput in summo flumine? Erat vacuum.

De eadem re.

QUAM noua materies iusto est inuenta dolori?
Carula carnificis flumina manus agunt.
Pro rigido vineti præfocant fune liquores:
Harent colla: latus mobile flumen agit.
Turpia deformant miserum suspendia corpuss:
Assiliunt agiles per freta caca pedes.
Ducta mouere latus quondam male luserat: amnis
Nunc bene mobilibus pendula ludit aquis.

De eadem re.

VIdit in attonitum cecidisse cadauera flumen,
Atque ait, vndinagos, qui regit amne greges.
Parcite squamosi tetigisse cadauera pisces,

R

Escr

Esca venenatos occulit ista cibos.
 Herodem immitem, & daram sapit esca Parentem,
 Autorem insuavis reddit utrumque sapor,
 Miscet Auernales à Saltatrice sapore:
 Addit & infames fœda libido suos.
 Impia sacrilegum nouere hæc ferula ferrum,
 Heu! fugite hamata tristia damna manus.
 Mortem infelicem gerit esca vorantibus, haustis
 Scilicet ex disco funera dira suo.

In Herodiadem de suppicio filiæ.

MArmoreā glaciē dum regia Nympha pererrat,
 Decidit abrupto sub vada cæca gelu.
 Abripiuere vnde submersa cadauera; restant
 Casa super glaciem tempora; mater adest.
 Collige reliquias crudelis adultera nata:
 Collige supplieij frusta cruentatui.
 Vindicat incestos ihalamos celer impetus vnde,
 Punit adulterium quod riget amne gelu.
 Turpia cùm geminum tulerint incendia pectus,
 Tanta decet rigido flamma perire gelu.

Ad eandem de eodem.

HOs luctus peperere tibi tua gaudia Mater:
 Hoc tibi delicia fel peperere tua.

Quam

Quām tibi grata fuit facies lascina puellæ,
 Tam tibi nunc vulcis displicet illa suo.
 Quām placuit molli mollis saltatio, tantum
 Exoluit durus dura tributa dolor.
 Aspectus interimit genitricem filia; vulce
 Effectus est Matri dira Medusa sua.

De eodem.

MArmora constituerant glacie bacchante, rigebat
 Summa superficies; fluminis ima fluunt.
 Nympha supergreditur: glacies resoluta debiscit:
 Colla rapit: corpus mobile lapsus aquæ.
 Perdita diuisa genitrix slet funera natae,
 Atque ait; O vita vita perempta mea:
 Rupisti teneros nineo pede, Nata, liquores;
 Debueras flammis plus timuisse tuis.

In Herodiadem de tumulo filiæ.

ANte oculos matris ingulatur filia; ferro
 Non opus est: glacies turpia colla secat:
 Corpora flumineis subito tumulantur in undis:
 Lugubre concreto stat super amne caput.
 Accipit hoc genitrix; bustumq; immane reperta,
 Condidit infami sic lacrymata, sinu;
 Hac mihi de natâ pars est gratissima: quale

*Heu! mibi promeruit iam caput ante, caput
Hoc caput in nosiros, glacie resecante, dolores
Condo ego: squamosa cætra gentis erant.*

Ad eandem de eodem.

Foemina quid ploras? quid lametaris acerbè?
Sauciat arcanus quid fera corda dolor?
Vis dare conueniens capiti funesta sepulchrum?
In matronales, nec mora, conde sinus.
Incestos nidos repetat caput: inde profectum esti
Manibus incestis conuenit iste sinus.

Ad eandem de eodem.

Quid quereris mulier toties incesta? supremi
Vindicat incestus Numinis ira tuos.
Non tua supplicium simplex delicta merentur:
Pœna venit meritis multiplicata tuis.
Nouit delicijs mulier etare piacula Numen:
Sæpè venit charis fontibus vltor amor.
Dura secat glacies, tumulant, rapiunt, liquores:
Ista fit ante oculos carnificina tuos.
Extrues marmoribus ne busta rigentia; Nata
Flumine sub molli, mollia membra cubant.

Ad eandem de eodem.


Conde

C Onde sepulchrales ne turpis adulteramoles,
 Condit a fint natæ sub quibus offa tuæ.
 Nescia stare loco, tumulata liquentibus vndis,
 Tot, quot habent pisces flumina, busta subite.
 Vinceris, & numero, & magno superaris amore
 Pisces dant natæ iusta sepulchra tuæ.
 Officia vincunt te monstranatantia; pisces
 Viscera dant natæ, tu fera damna, tua.

Ad eandem de eodem.

F Lumine i gelido glaciant Aquilone liquores:
 Et glacies solidum lubrica sternit iter.
 Nympha super glaciē graditur cito: fracta repete
 Est glacies: resecat colla gelata silex.
 Accipit infelix genitrix miserabile funus:
 Edidit & madidis talia dicta genis.
 Diuidit exequias facies diutia sub vndis,
 Piscibus est potior pars tumulanda feris.
 Debuerat cessisse mibi pars maxima: cessit
 Pars minor; Heu! capit is bis minor una fui.

Finis libri septimi.



LIBER OCTAVVS.

DE CHRISTO TRIUMPHATORE.

AD DVODECIM CHRISTI
Apostolos.

In omnem terram exiuit sonus corum.

Psal. 18.



Omanum imperium, cum mundo, in-
blanda laceſſunt
Praelia bis ſeni, voce ſonante, da-
ces.

Ollis pro vasto clypei septemplicis orbe,
Pro face, pro ferro, vox animosa ſonat.
Voce cadunt populi, Regnatoresq; Tyranni:
Imperia horribili voce petita, cadunt.
Ultima Bactra cadunt: victo cadit India Gang:
Et quæ ſub roſeo vespere regna iacent.
O quantum victo victoria profuit orbi!
Vincit ouans victus, qui male victor erat.
Viictores in Marte cadunt: ſed morte triūphant,
Qui

Qui varijs mundi procubuere locis.
Cade sua Christus Solymas sacrauerit arces;
Cedibus his totus iam sacer orbis erit.

¶ Ad D. Petrum pescantem. §

Dum trahit aquoreas Petro alta ad littora prædas;
Christe, tue captus, fit sacra prada, manus.
Ars immota manet pescantis: in aquore pisces
Captat, & in medys retia tendit aquis.
Non trahit ad mortem, sed vita ad munera prædas:
Ars noua quo possit vinere prada, facit.
Tamque, infelices qui non capiuntur ab illo,
Quim sunt felices qui potuere capi.
Ars noua pescandi est: pescator idoneus, ambit
Quo sua lucra minis, plus sua lucra facit.

¶ De eodem pescatore.

Pertibi pescando fuerit, Petre, nemo repertus:
Oppida cui prada, regna superba, Duces.
Vilis nullus nodosa in retia prædas
Egerit: est prædis vita reperta tuis.
Tantum prædarum concludent retia, quantum
Nunquam alius; solus retia tende Senex.
Europam capies, Asiam, Libyamque: superstes
Et tibi, pro prada dunte, mundus erit.

De eodem.

Pradam mihi è toto circumfluit eruta mundo,
 Incidit in casses terra.fretumq; meos.
 Tensa Palastinas capiunt mea retia gentes,
 Sollicito Phrygios, Cappadocumq; sinus.
 Hesperiam pisor magnus piscator: & Indus,
 Et Libys in laqueos subfiliere mèos.
Cùm mibi de toto veniant spolia ardua mundo:
 Exuperat pradas unica Roma meas.

¶ In D.Petrum super vndas gradientem. ¶

Ocyns accelerans, ut possit adire Magistrum,
 Deseruit puppim Petrus: adiuit aquas.
 Non est passus Amor tarda sub puppe morari:
 Per medium fertur letus, ouansq; salum.
 Intactas gestit liquidum mare lambere plantas:
 Nec super aquoreas pessacer humet aquas.
 Mollior vnda pedes expressit ut obuia, factas
 Optauit subito dura tenere notas.
 Obsequio lator, dixit mare; latius esset,
 Ad sacra si possem signa iacere pedum.

De eodem.

Vt desiderij Petrus sacer expleat ignes,
 Ocyus ut possit Numinis ore frui,
 Audet: & insuetis vestigia figit in vndis,
 Inuenitq; nonas per freta flamma vias.

Innib

In via non homini est Christi via; quære; vel ignis;
Absque via incertam vel dabit unda viam.

De eodem.

Expletat ut dulces animi feruentis amores,
Sicco per medias it pede Petrus aquas.
Fit solidus pelagus quæ fert vestigia: durat
Non solidas stagni mobilis unda vias.
Illa ministerijs gestit felicibus, illa
Vix capit ardores prodigiosa suos.
Hactenus unda vagos, dixit, sum passa liquores:
Nunc flamas, sacro sub pede dura, fero.

¶ Ad D. Petrum Ecclesiæ fundamentum.

Durior æterno quod, Petre, adamante rigescis,
Te super imperij culmina pono mei.
Coniurata ruent elementa renellere molem:
Mors fera Tartareos coget in armaduces.
Quo magis urgebunt, stabis constantior unus,
De damnis capies grandia lucra tuis.
Inter inassuetas stabis sine clade rminas,
Cum labefacta ruent catena, firmus eris.
Naturam instabilem nostri est firmasse fauoris,
Culmina cum somno firma Tonante geris.
Stat gemino in saxo moles operosa; laboret
Cum domus hac, Superos aqua ruina trahet.

Ad D.Petrum de eius Primatu.

EToto legeris, Petre augustissime, mundo,
Prima ut cōtingat sors tibi, primus apex:
Arbiter imperijs præponeris omnibus: omnes
Inter Pastores, tu grege primus eris.
Ut sis imperijs Primas, Caput orbis, & urbis,
Promeruit, tanto nomine, prima Fides.

Ad D.Petrum de Clauibus.

CONTIGIT officium tibi nobile, Petre, recludis
Æthera: cœlestes obdis & ipse fores.
Est tua sors ingens reserare, & claudere cœlum;
Nec potuit melius quam tibi Diue dari.
Fas dixisse; tibi succedunt Numinæ; quando
Vel sunt clausa tua, vel patuere, manus.

Ad Romam de Clauibus Petri.

Roma, Petrusq; sacer coeunt in foedera: num-
Tam bene felices regna dedere manus.
Roma potens orbem, Petri manus aurea clavæ
Prefstat: ab alterutro vim sibi sumit honor.
Æqua manent superis Dominae fastigia Romæ;
Liberadant Superi iam sua iura solo.
De supero maiora nequit dare Petrus Olympo,
De

De mundo maius nec dare Roma suo.
Arma tibi mundum mauortia, Roma, recludūt:
Quam tibi dat Petrus, clavis amica, polos.
Clavis sacra polos dederat tibi, Petre; superbū
Terrarum imperium Martia Roma dedit.
Ergo terrarum Dominæ succedit Olympus:
Terrarum Dominam diues Olympus habet:
Divisum imperium fuerat; iam, Roma, superbī:
Imperium in Superos iam tua iura ferunt.

Ad homines, de Clavibus Petri.

Nobile, Mortales, properate ad limē Olympi;
In terris clavis, quā reseratur, adeſt.
Non est difficultas reserat qui clavibus aſtra:
Pendet ab arbitrio clavis amica tuo.
Nō metuēda trahunt flāmatas Numinā claves;
Numina quin veniunt obsequiosa Petro.
Scilicet ut fidens tendat mortalis in aſtra:
Mortali pateant aſtra reclusa manu.

De Roma, & Clavibus Petri.

Praefulsi augusti sacra ad vestigia, prouum
Sic ait, inclinans Roma superba caput.
Hæ mihi Tarpeio geminæ pro culmine plantæ,
Hæc mihi, fulmineo pro Ioue, dextra placet.
Planta

Planta premit turpem, fueram quo pressa, draconem:
Mortem insultabat que mihi, dextra ferit.
Plusq; aperit Clavis, quam Mars mihi; Martem nub;
Victa: peto victrix, clavis ferente, polos.
Mars, Draco, Mors armis prohibebant scadere celum;
Mars, Draco, Mors perennit clavis: astra patit.

¶ Ad Romam Petrum excipientem.

Roma potens rerum sub Piscatore triumpha,
Plus tibi Piscator, quam dare Cesar habet.
Plus te defendet quam vis Manoria, quam uit
Ignea, Casarea quam potuere manus.
Imperiosa magis sub Piscatore superbi,
Quam sub Consulibus, Caesaribusq; this.
Itagna licet magno fueris sub Cesar: parus
Iam Piscatoris, sub pede, maior eris.

Ad eandem de eodem.

Quam tibi sit magnus, si vis cognoscere, Petrus:
Roma, refer fame nomina primata.
Grandia Fabricius qui pondera respuit auri,
Quantula, cum Petro credita, fama foret.
Quo tua libertas defensa est, Roma, Camillus;
Ante Petrum, latus subdita colla daret.
Omnis Iulae series longissima gentis,
Anic

Ante Petri vellet procubuisse pedes.

Qui tibi Scipiada fuerant duo fulmina bellis,

Sponte darent famulas in noua iura manus.

Ante Petrum, magnos memoras quos, Roma,
Catones,

Virtutes poterant erubuisse suas.

Rex Numa sacrilegè sacris operatus, & aris,

Aras optasset non habuisse suas. (ces

Qua tibi dat Petrus sunt summa, & maxima; di-

Tot capita imperij cum cecidere tui;

Dicite ritè orbis nunc me caput; ante sub uno

Cum mibi tot fuerint corpore, monstratuli.

Ad Romam de eodem.

Prodigijs es fœtatuīs, pulcherrima Roma,

Teq; triumphantem gloria multa beat.

Qui se Marcellus duro defendit ab Afro

Annibale, armipotens prodigiosus erat.

Instar prodigijs vis extitit ignea magni

Cæsaris, hostili cùm nece tinxit humum.

Nobile prodigium fuit ingens Marte Camillus,

Qui Capitolinâ dispulit arce manus.

Quot te, Roma duces texere potentibus armis,

Parturiyt fœtus tot mihi monstra sinus.

Ilos secula licet portenta antiqua putarint,

Maius prodigium iam tibi Petrus erit.

Non

Non sine prodigijs sunt brachia sacra, manusq;
 Corpora de tumulis queis rediuiua leuat.
 Non sine prodigijs vox est; quibus imperat, olli
 Absque villa parent mox elementa mora.
 Non sine prodigijs umbra est, qua tacta leuatur,
 Quæ fuerint grauibus laguida membra toris.
 Fulminis in morē repetunt qua Tartara manus,
 Frons est siderij prodigiosa senis.
 Lumina prodigijs feriant sacra; Fulmina tolle
 Iuppiter: hoc trifida plus face fulmen agit.

AD VRBE M ROMAM.
 Bene ominatur Vrbi D. Petrum excipienti.

ODA.

ORoma, mundum quæ tibi subditum,
 Gemmante spectas de Capitolio:
 Supposta quam tellus adorat:
 Quamque fremes tremit Amphitriti
 Senex supremo missus ab æthere,
 Visurus arces non venit aureas:
 Nec tecta, magnorum labores
 Artificum, Pariosq; vultus.
Non rostra captis eruta puppibus:
 Non arma sacris addita postibus:
 Non arte suspensas quadrigas,
 Sanguineæ monumenta pugnae
 Non vult superbos visere Cesares.

Graec;

Gracchos, Catones, Fabricios graues:
 Non Martis insani superbum
 Bis geminos decus, Africanos.
 Adeſt, ut agram ſanet, & impio
 Errore captam, reſtituat polo:
 Adeſt, ut ad vitam reducat,
 Penè graui tumulo ſepultam.
 Attollit aſtris te licet arduis,
 Famosa belli gloria Martij,
 Te cœtus Heroum potentum,
 Curia, conciliumq; Patrum.
 Arces abenæ te licet ambiant,
 Currus, & alæ quadrupedum citæ,
 Duceſq; fulgente: q; turmæ.
 Laurigeros referant triumphos,
 Non abſque Petro fas tibi viuere;
 Diuinus hospes ni tua mœnia
 Intraffet, infelix perifſes
 Fœta opibus, truce fœta Marte;
 Intrauit arces Petrus ut arduas,
 Romana uicit mox ubi mœnia,
 Deponis antiquam ſenectam,
 Visa nouæ, noua forma, Romæ,
 Secuta Patrum gratia largior
 Totum profudit te ſuper æthera:
 Effeſit ut ſummi superbum
 Imperij caput arrogares.

Dedere

Dedere quando, Roma, Petrum tibi
 Augusta cœli Numinis, clarissimus
 Donare, nil maius, vel alte
 Nobilior potuere Romæ.

AD VRBEM ROMAM.

Non vi, non armis, sed paupertate piscatoris
 Petri occupatam.

O D A.

Vrbs Roma, regnis imperiosior:
 Vrbs Roma, forti Marte potentior:
 Vrbs Roma, quæ pollens volabat
 In celeres Aquilis ruinas.
 Subiecit armis quæ sibi Martijs,
 Quidquid quadrigis Sol Phætonijs
 Lustrarat, & quidquid re nota
 Circuit Oceanus Britanno.
 Imposta magnis imperijs minax,
 Regina mundi strenua, pauperi
 Procumbit: & Pauper superbam
 Imposito pede calcat Vrbem:
 Vrbiq; leges legiferæ dedit:
 Mutauit aras, & sacra perfida:
 In Vrbe Regina, superbam
 Petrus egens, solium occupauit.

Sermi;

Sermone vero sic fore dixerat,
 Quem sacra, Vates, effera diffidit;
 Plantisq; regnorum pre mendam
 Subiçiam validæ Vrbis arcem.
 Ite, & relicto pondere sarcinæ
 Vulgate Christum gentibus ultimis:
 Ut sacra vulgentur Tonantis,
 Pauperies facit expeditos.
 Sic Roma strata est Pauperis ad pedes;
 Cadente Roma, stare quis audeat?
 Egena substernet superbas
 Pauperies Orientis urbes.
 Non torua Gorgon Palladis horridæ
 Manus obarmet: non latus obtegat
 Thorax abenus: non rigescant
 Purpureis capita alta cristi:
 Lorica pectus squamea non tegat:
 Non ense fortis dextera fulminet:
 Absintq; falcatae quadrigæ:
 Non resonet tuba, Martis horror.
 Discors ab illis, Mars adamantinus,
 Qui blanda Pacis fœdera prædicant:
 Augusta pacatum per orbem
 Qui memorant sacra mitis Agni.

¶ In Simonem Magum.

Vane Simon quāris per facta immania Numen
 Attonita est monstros maxima Roma tuis.
 Numinā vana pūi ac Nero perfidus omnia flammis
 Catera dat: solum te putat esse Deum.
 Roma tibi posuit Tyberina ad flumina vultus:
 Stant prope famose coniugis ora tuæ.
Dum cadis, esse Deum non iurauere ruinæ;
 Sed Phaeton, flamas adde Neronis, eris.

In Neronem de Simone Mago.

Iste Magus vitam spendet, Nero; tempora, palmas,
 Addenda imperijs, & noua regna, tuis.
Quas meruit palmas cecidit dum lapsus ab alto,
 Has tibi, non alias, reddere iure potest.
En cadit, & moritur miserè, Nero perfide; vitam
 Tam dabit ille tibi, quam dedit ille sibi.

In Simonem Magum.

Vane Simon, celsum repetis sublimis Olympum:
 Ut tibi dissimum Numen inesse probes.
ATamq; iter est vanum, quam vanum Numen; ab aliis
 Decidis: infandos perdis, inique, pedes.
MVnatihi superat, quanvis vestigia desint:
NUt possis culpas erubuisse tuas.
DVi tibi credantur, de te qua magna fat eris.
 Est locus; Amisso tuti redde pedes.

In eundem.

VAne Simon, perdis vestigia, perdis honorem;
 Hæc, qui Lucifero tam male credit, habet.
 Non aliud potuit, quam perdocuisse ruinas,
 Dum volat, in Stygias qui ruit actus aquas.
 Dum cadis, hac memorat, dulces testatus amores;
 O mihi dulce peris si caput, adde pedes.

In eundem.

VAne Simon, frustraq; animis elate superbis,
 En iacet in vili corpus inane solo:
 Hoc uno miseras solabere, vane, ruinas:
 Quod male deieclum Roma cadauer habet.
 Scribitur & tumulo. Peius, nec vilius unquam
 Excepit gremio Roma superba suo.

¶ Ad Romam, de Simone Mago.

TAM male deieclum quid adoras Roma Simonē?
 Tam male plangentem quid veneraris, humūs?
 Augustas aras nunquid meruere ruinas?
 Efraeli, nunquid thura Sabaea pedes?
 Aras, Roma, Mago ne penas, thuraq; flammis:
 Ne magis insane, quam Magus egit, agas.

De Mago, & Orco.

DVM Magus ex alio, male perfidus, excidit orbe:
 Praecipitem in terras quem Petrus ore trahit:

Taliter affatur manes mæstissimus Orcus,
 Pallor in attonitatem fronte loquentis inest;
 Quam timeo liquidas, ne bestia lapsa per auras,
 Afflatus viciet regna profunda suo.
 Dix rat, in Stygias fugiunt portenta cauernas;
 Dein tota in miserum iam vacat aula Magum.

¶ De Mago,& Nerone.

Venerat in Stygia moriens Nero perfidus umbras:
 Primus apud superos qui fuit, imus erat.
 Abdita pallentes fugiunt in claustra catervae:
 Ne videat monstrum tam graue quisque fugit:
 Rex ait umbrarum; Stygi requiescite manes;
 Discite precipiti non opus esse fuga.
 Monstra Magi toruo iungam metuenda Neroni:
 Alter ut ulterius fiat virisque timor.

¶ Ad Romam, de sepulchro D.Petri.

Armorum, belliq potens Mauortia Roma,
 I cole Reliquias religiosa Senis.
 Illius auspicijs caput inter sidera condis,
 Sub pedibusq vides omnia regna tuis.
 Ille magisterium fidei dedit: ille columnam
 Esse, viget cuius robore nixa Fides.
 Legibus impositis regis imperiosior orbem,

Quam

Quam cum vi populis iura tenenda dares.

Et plus de mundo sub pescatore triumphas,

Quam sub Pompeio, Caesaribusq; tuis.

Nec maris, aut terra spatium, nec terminus aui
Finiet imperium, quod dedit iste Senex.

Magna tibi dederit sobolis numerosa propago:

Plus dedit exumijs sanguinis iste sui.

Mausoli cineres lacrymabilis hauserit uxor:

Roma sinu sponsi lata habet ossa sui.

DE D. PAVLO APOSTOLO.

Conuersio D. Pauli Apostoli.

ODA.

Tonante summo, quale sonat Ione,
Vox missa caelo taliter intonat:

Vastoq; concussum boatus

Precipitem trahit ore Saulum:

Contra Tonantem quis rapit impetus?

Vis seu contra que Dominum trahit?

Qui il calce (nec sentis) acutos

In stimulos miser effararis?

Quid immerentem sollicitas minis

Ignare rerum? Quid ruis effere?

Insanus, ut quondam Gigantes,

Sacrilego petis astra ferro.

Satis profusum est sanguinis inclytis;

Videre gentes sat necis impice;

Compescere latrantes furores,

Sistere gradum, reuocaq; cursus.

Stat rupis instar Saulus; in aquore

Quam vasta circum monstra remugint;

Fluensq; tempestasq; certant.

Intrepidam trahere in ruinas.

Sic Saulus, imo stratus ait, solo;

Qui voce durâ, qui face territas,

Tellure qui stratum fatigas,

Nomen, age, & titulos remitte.

Sum Flos IESU\$ (vox retulit noua)

Orbis saluti redditus, & tue;

Tu me, meosq; omnes fatigas

Insidijs, face, clade, ferro.

Tum Saulus; o Rex, quod libet imperas;

Parebo natus ocyor ad tuos;

O parce dulcis, parce IESU:

Non animum dolus: error egit.

Non vi, nec armis, nec face fumea:

Nec bellisoso robore flectitur

Durata plus saxis voluntas;

Flectitur arbitrio Tonantis.

Contra ruentem, fulminis in modum;

Ad innocentum sanguineas neces,

Nemo refranasset: nec ignis.

Tergemini vettusset ardor.

Stetisset armis fortibus obvia

Coacta virtus; vi, face, robore

Frustra laborasset rebellem

Seruitijs dare flamma Saulum.

Flexere tanti robora spiritus

E blandientis nomina Numinis:

Dulcisq; cervices IESUS

Edomuit male pertinaces.

DE DIVO P AVLO GENTIVM

Dollore.

Vas admirabile opus excelsi. Eccl. 43.

O Quantum mundo pictura ostendit, & artis
Divina quantum nobile celat opus!

Hoc angusta suo fixit Sapientia cœlo,

Quod super astriferos fixerat antè globos;

Pollice divino se se transcripsit, & olli

Adjicit eximias ingeniosa notas.

Excellentem animum silicum durescere venis,

Et solidum pectus, plus adamante, facit.

Igne calent viuo præcordia, fontibus undant:

Ignibus afflantur corda, rigantur aquis.

Adjicit his morum miracula sacra; colores

Sufficit effusa fortiter imbre necis.

Munus ad augustum Vas admirabile prodit;

O quantum sacra commoditatis habet!

*Mirari pretium fas est, non dicere; quando
Hoc temere: ast illud mens reuerenter agit.*

DE DIVO ANDREA APOSTOLO.
Ad Ægeam tyrannum crucifigentem.

Q Vid Diuum, Ægæa, suspendis ab arbore?
Nescis.

*Contra propositum, quod facis, esse tuum?
Te plus, quam Diuum, tua per tormenta fatigas;
Gaudia das illi læta: venena bibis.
Si torquere cupis, remoue tormenta; feroce
Vis Diuo pœnas addere, deme cruce.
Arbor dura Crucis non est, non aspera, fundit
Balsama, delicias, gaudia, fundit opes.
Arboris attollis super alta cacumina Diuum,
Ut melius fructus colligat inde Crucis.
Inde odium pœnas, & tristia funera carpit:
Delicias, vitam, gaudia, carpit amor.
Inde legit Diuus felicia gaudia, flores;
Ipse legis pœnas inde Tyranne tuas.
O quantum, infelix, aliorum in funera saeuis,
Qui potes in pœnas tam ferus esse tuas.*

DE D. IOANNE EVANGELISTA,
Qui & recubuit in cœna super peccatus eius.

Ioan. 21.

ODA

ODA.

O Diue, nomen Gratia nobile
 Summi Tonantis cui dedit emula;
 Dulcis voluptatis voluptas:
 Sideret sacra fax amoris:
 Cantare amores fert animus tuos
 Dulcesq; luctus, & querimonias:
 Cui cœna puluinar, Tonantis
 Molle latus, dedit accubanti.
 Amica monstrant se tibi Numinia,
 Arcana promunt dum tibi maxima:
 De fonte ter sacro recumbens
 Purpureo bibis ore nectar.
 Inter sopores efficeris citus
 Mundi magister, dum tibi subiicit
 Cœlestè pectus, quem Magistrum
 Nouit ouans domus alta Diuum.
 Sopore discis plus, vigilantior,
 Se pectus ingens dum tibi subiicit,
 Quam Diue, Diuorum excubantum
 Excubiae vigilantiores.
 Dormiuit unquam nemo quietius:
 Dormiuit unquam nemo libentius:
 Plus nemo securè quieuit:
 Nemo sapit magis è sopore.
 Nemo quiescens fit locupletior:
 Titana spectat ne mo propinquier:

*Inter quiescendum resumptis
Dum leuior petis astra pennis.*

*Instar ministri fulminis alitis,
Conscendis orbis culmen Olympicī:*

*Quem penna, quem magni volatus
Insolito rapuere nisu.*

*Cedri medullam gentibus aduebis:
Verbi latentis ducis originem:*

*Vulgasq; ter sectum per orbem
Tergeminæ sacra Trinitatis.*

Insigne munus, cernere maximi

Natum Tonantis: non sine gratia

*Audisse, contrectasse vitam,
Et manibus tetigisse Verbum.*

*Non audet altum tangere verticem,
Liquente Verbi flumine, purior*

*Baptista, terrarum verendum
Prodigium dape, veste, cultu.*

Mutata, verso pectore, Magdalīs

Pedes Tonantis territa perluit:

Tersisse vix audet capillis:

Dami velut stupefacta pauit.

Thomās, apertum, tersacer, in latus,

Quod sœua rupit cuspide lancea,

Insigna clauorum, iubente

Rege, manum, digitosq; misit.

Dilectus audet Discipulus magis,

Iussa

In fune nec actus: nec trepidus metu:

Supra Magistri dulce pectus,
Virgineum caput aquiescit.

¶ D. IOANNI VIRGINI ¶
Matri commendato.

Ecce Mater tua. Ioan. 19.

O D A.

Agnus, cruenta pendulus arbore,
Morti propinquus diuidit omnia:
Extrema testamenta condens,
Purpureo lita signat ostro.

Olli notanti, pro calamo fuit
Feralis hastæ cuspis abenea:

Membrana scribenti, rubescens
Cæde latus, manus, ora, plantæ,
Nil dereliquit prodigus omnium,
Amore cunctis quin daret excitus;
Commendat eterno Parenti
Dulcem animam manibus remissam.

Erecta ligni robora fontibus
Cædem profundunt purpuream; suis
Delegat in potum cruores,

Inq³ sacras graue corpus escas.
Exempla terris non prius agnita,
Felice vincis sorte beator.

*Pro Matre, Ioannes, parentem
Accipis ætherei Tonantis.*

*Vt, quos catena copulat aurea—
Amor camino feruidus igneo,
Contingat affectus Parentis
Perpetuo societq; vinclo.*

*Pro matre Matrem qui dedit, intimè
Quem diligebat, Discipulo suam,
Indulsit, affectu parentis
Vt Genitrix magis hunc amaret.*

*Quæis plus parentem diligenter datam,
Nati calores non satiabiles
Indulsit, affectusq; Nato
Eximiam dedit in parentem.*

*Quàm casta factis Virginitas comes,
Cum virginali pectori congruit!
Quàm dulcis alternos amores
Associat, vice fortiores.*

*Praeclara puri Virginis hospita—
Miratur albi lucida pectoris
Crystalla, miratur niuales
Virginei decoris pruinæ.*

*In Matre Virgo Virgine conspicit
Quàm mira! dulcis quàm noua filius!*

*Portenta virtutis decoræ
Mille videt noua, mille formæ.
Visaq; tantæ Matris imagine,*

*Insigne pectus format, & excusat:
Ut monstret augusta Parentis
Effigiem speciosiorem.
Accedit Heros pectora Virginis:
Materq; dulcis pectora filij;
Viuuntq; succensi calores
Pasti auditis utriusque flammis.*

DE MARTYRIO D. IOANNIS
Euangelista.

Ab Asia Proconsule ad Domitianum Romam
mittitur vincus.

O D A.

C Ontra Tonantem spirat inaniter
Armata summae dextra potentiae:
Frustra recrudescens Tyrannus
In Superos furor arma sumit.
Instar Gigantum desipientium,
Ceruice dura fertur in æthera:
Heroas in cassum laborat
Letbifero superasse ferro.
Proconsul audax in scelus impium
Qui clara ditis regna Asia regis,
Vrbesq; felicesq; gentes
Cæsaris auspicijs retundis:
Nodis reuincis primus abeneis

Charum supremo Discipulum Deo:

Pro Patre Baccho, pro cruenta

Pallade, pro Ioue, pro Minerua;

Diana tantum si placuit tibi

Romane, flexo poplite quam colis,

Sæuis quid in cædes virorum?

Sæua feras perimit Diana.

Diana mactat si tua non viros,

Tyranne vecors, cur homines petis?

Qui notus es cultor Diana,

Cur placidam pudet æmulari?

Mittis feroci mente, ferocior

Quam monstra, syluae quæ iuga nutrunt,

Heroa deuinctum catenis,

Cæsarea placiturus iræ.

Proconsul atrox, quæ tua diritas

Immanis egit vincula ferrea;

Herois hæc blandè ferentis

Vertit Amor, Pietasq; in aurum.

Dum fors catenis vincitus abeneis

Ægea Diuus præterit æquora,

Sic dixit Ægeum; (leuàrat

De liquido capita vda ponto)

Virtutis, æther cui sacer inuidet,

Aptum theatrum non Epesus fuit:

Ciuesq; vulgaresq; cœtus,

Non Asia locupletis urbes;

Ioannis

Iannis ingens vel patientia,
 Vel pressa virtus exitio graui,
 Meretur amplio pro theatro
 Tergemini spatia ampla mundi.
 Augusta Romæ vel Capitolia,
 Septemq; colles, priscaq; mœnia:
 Ad quæ magistratus, ducesq;
 Conueniunt ab utroque Phœbo.
 Quam Roma felix, te foret agnito,
 Sacros honores si tibi redderet:
 Tam fertur infelix, quod unum
 Exitio dedit immerentem.
 Sit culpa magni maxima Cæsaris,
 Te velle abeno perdere feruido;
 Sit Roma ter felix quod olim
 Marmoreas tibi ponet aras.

50 DE EODEM. 51

Domitianus iussu Romæ verberatur.

O D A.
 Indigne Cæsar nomine Cæsaris:
 Indigne Cæsar murice regio:
 Depone fasces; quid senatum
 Dedecoras, patriasq; leges
 Te facta monstrant hæc tua barbarum,
 Cum sacra Diui pestora verberas:

Dum

Dum saeuus insultas flagellis,
 Dum patulo bibis ore cædes.
 Vincis leonum pectora, barbare;
 Vincis frementum pignora Tygridum:
 Vincis venenatos Dracones,
 Et Libycæ catulos leænæ.
 Cur cana mulctas plus niue pectora?
 Cur, quæ pruinæ canaq; lilia
 Candore vincunt, sic cruentas
 Sanguineo rubefacta nimbo?
 Crudelitatem pectoris insitam
 Monstras flagellis: barbara pectora,
 Vesane, monstras, quæ sub ostro
 Purpureo male tecta durant.
 Fundis cruentem nequiter impius,
 Pro te Tonanti qui prece supplicat,
 Qui fusus ardentes coerget
 Imbre, manus iaculantis, ignes:
 Dum lora fulcant pectus eburneum;
 Fusoq; rubro murice purpurant
 Sic Diuus infit; sanguis undat
 In liquidos pretiosus imbres.
 Nunc vestit ostrum me pretiosius:
 Plus aptus agni sum modo nuptijs:
 Dilectus appellor Magistro,
 Sanguine plus roseo vocabor.
 Amor profuso sanguine prodigus,

Maiora fortis robora suscipit;
Sic prodit arcanis reposum
Quod pretium latet in medullis.
Natura sanguis ferueat hic, facit:
Sed plus calores, cor quibus aestuat:
Lorisq; nodosis aceruant
Carnifices cumulos amoris.
Compenso, fuso non ego sanguine,
Fusum cruentem de cruce largius:
Lætorq; dilecto Magistro
Assimilem dare posse cædem.
Factum est amori iam satis intimo:
Desiderauit quo dare sanguinem;
Ardore succensum profusus
Cogit amor dare velle vitam.

SE DE EODEM. 29

Feruentis olei dolio mergitur: vegetior inde
 emergit: in exilium amandatur.

ODA.

Bulliunt pinguis latices oliui,
 Igne mersaris: male mersus exis
 Diue, succensum face pulchriorem
 Mittit abenum.

T

Cruda

*Cruda non Pallas nocet : ungit artus
Ad nouas luctas , celebresq; palmas ,
Exul ut vincas male pertinacis
Cæsar is iras.*

*Dulcis in dirum Genitrix abenum
Stat comes : Natus sequitur Parentem:
Quas subis pœnas subeunt, & ignes
Pinguis oliui.*

*Exulas : Pathmos tibi dura sedes ;
Imperat Cæsar fodias metallum :
Exulat Mater : comes est Parentis
Filius ingens.*

*Est comes Virgo tibi singularis,
Diuitis claras Asiae per urbes ;
Inuidet cœlum tibi : turba pictis
Inuidet alis.*

*Virginem quis non comitem inuidebit?
Fronte quæfrænat Stygios leones :
Format & castos sine voce mores ,
Fronte magistræ.*

*Stas super sacri iuga celsa montis :
Exhibit mœstum tibi mons theatrum :
Mœstus undantem nece singulari .*

Respicis Agnum.

*Sorte felici est tibi præda Christus ,
Plaga dat magnam lateris fenestram ,
Qua queas felix rapere inuidentis*

Corda Tonantis.

*Ianuam clavi faciunt patentem,
Ianuas ives capiti refixi,
Quis sacrum spectes caput, atque fontes
Dulcis amoris.*

*Ambo prædantem pariter sequuntur
Mater, & Natus, comites laborum:
Ambo de dulci tibi præpararunt
Morte triumphos.*

*Roma quæ flamas superasse vidit,
Palladis diræ sine clade, cernat
Mortis & leges superasse, summos
Qui petis orbes.*

*Pectoris casti decus, & triumphos
Orbis inspectet: celebretq; cœlum
Obuium sauos adamantis instar,
Pectus in ignes.*

DE DIVO IOANNE

tormentorum victore.

Gratia me diues, quem nomine signat IESV
Dulcis amor, dulci sic docet ore loqui.
Dormio; cervical factum est mibi pectus IESV:
Cum vigilo; illius cor mibi præda datur.
Participem vitæ, & mortis me fecit amicus:
Tutelæ est Genitrix credita Virgo meæ.

Dat mihi cor Natus; Genitrix me diligit; inter
Has dulces medius vino ego delicias.

*H*is ex delicijs calidam dum mittor in ollam,
Delicijs facta est deliciosa meis.

*D*elicias sensere meas tormenta: calensq;
Dulce refrigerium præbuit olla mihi.

Torqueat ut crudum pœna, est mea pœna, Tyrannum;
Anget delicias, sed mihi pœna, meas.

¶ De eodem: in illam vocem; Filioli,
dilige alterutrum.

Proditur igne suo, nimissimum dilectus I E S U
Discipulus: flagrans, proditur igne suo.

Nil nisi delicias spirant præcordia: dulces
Nil nisi blanditias, nil nisi Nectar habet.

Noctes, atque dies Christi suspirat amores:
Pectore, fronte, oculis spicula torquet amor.

Felix prædo fuit, potuit qui corda sopore
In medio, Domini præripuisse sui.

Non est qui fuerat; se se mutauit; amici
Effigie in dulci dulcis amicus adest.

Ingenium, & mores in se transfudit I E S V:
Scilicet à somno corda Tonantis habet.

D. IACOBVS APOSTOLVS. 293
DE D. IACOBO APOSTOLO
Hispaniarum Patrono.

D. IACOBI AVSPICIIS
Maurus hostis superatur.

PARENESIS.

 Ndomitas Hispaniarum ceruices, & quas nullus vnquam satis emolliuit, turpe Maurorum iugum detriuerat. Et post fatalem ruinam eo vsque misera seruire cogebat seruitutem, vt turpitudini etiam stipendarias faceret. Centum in singulos annos Virgines exigebat turpis hostis: fœdā amicitiæ tesseram. Necit aliter merere turpitudo: nec pulchrius stipendum nouère castra libidinis. Ergo tam fœdas conditiones respectare aliquādò iussa Hispania, Ramiro rege, se ipsam, penè dicam, erubuit: & si quā turpe iugum delleret posset, indignata est. Agebatur is annus à Christo nato octingētesimus trigesimus quartus, cum Ramirus instructissimis copijs Maurū adoriri ausus est. Primo congressu ad Clauigij saltus fusus, fugatusq; Ramirus, montium virgultis abditus, de redintegrando prælio delibera-

rabat. Deliberanti subitò tutelare numen afful-
fit. Visus sibi videre per somnium equitis speci
humana augustiorem , qui albo insideret equo
albumque manu gestaret vexillum:& seD. Iaco-
bum esse diceret, cuius tutelæ Hispania cōmissa
esset. Eiusdem auspicijs in sequenti die bellum
resumendum monet: haud dubiè eo nomine vi-
ctorem fore. Quare Rex, confirmatis militū ani-
mis , proxima luce Maurum victoriæ successio
insolentē aggreditur. Præfuit pugnantibus ca-
lestis signifer: parua manu innumerabiles hostiū
copiæ fusæ: ad septuaginta hominum millia ca-
sa: Vrbes captæ: spolia detra&t;a. Hæc illa nob̄
ilis victoria, quam Clauigij appellant: quæ tanti
patrocinij aditum aperuit :& immensarum pro-
pè victoriarum fuit exordium. Hoc faustum san-
ctissimæ religionis auspicium , vt hostem inua-
dentes Hispani, toto copiarum tripudio D.Ia-
cobi nomen inclament: hostem terreat, profili-
gent exercitus. Triumphorum seriem intexere
audaciæ esset: vnum vel alterum decantet iam
Muſa Lusitana.

RAMIRO REGI ADVERSUS

*Mauros infeliciter primum pug-
nanti D. Iacobus auxilia-
tur.*

ODA

ODA.

AD arma totam mouit Iberiam
 Ramirus ingens, candidior niue:
 Ne tradetur pro tributo
 Virginitas violanda Mauro.
 Post damna Martis noxia perfidi:
 Et post ruinas Hesperiae graues,
 Ramirus ob clades suorum
 Excubat, ingeminant dolores:
 Saporq; vicit tristia lumina:
 Cui se videndum praesitit Arbitr^e
 Prefectus a summo Tonante
 Hesperijs Iacobus armis.
 Respectat inter dulcia somnia
 Princeps nitores, effigiem manus;
 Et colla, spirantisq; vultus,
 Siderium iubar, eris ignes.
 Quis sit roganti, talia reddidit;
 Tutela contra barbariem tibi
 Descendit in Maurum tremendus
 E superis Iacobus astris.
 Ramire claræ ductor Iberiae,
 Mars alter armis bellipotentibus:
 Immane pondus bellicosæ
 Quo super Hesperiae recumbit.
 Respersa fuso dum iuga sanguine
 Cernis tuorum, dumq; cadauerum

Tueris ingentes aceruos,
 Mitte superuacuos dolores.
Euicta vincit dextera clarius,
 Victis resurgit fortior hostibus
 Qui victus à victore claras,
 Marte refert superante palmas.
 Vicere Mauri degeneres tuas,
 Dum bella miscent Martia, copias:
 Dabunt triumphandi subacti
 Materiam speciosiorem.
Depræliatur tigris ut aspera,
 Per lustra monstros cum rapientibus:
 Bellantur ut crudi leones,
 Per Libyæ nemora alta sylua,
 Hispana pubes: fulminis in modum,
 Turmas fugaces proruet impetu.
 Infanda Maurorum repente
 Corda grauis pauor occupabit,
 Extincta ferro concidet Africa,
 Prostrata campis pinguis Iberia;
 Tellus laborabit recisis
 Pressa cadaueribus iacentum.
 Ergo rubebit lux ubi crastina,
 Agni incruenti sumite fercula:
 Quo corda, quo vires aluntur,
 Quo Stygiæ trepidant Phalanges.
 Audite fortes, fidite: perfidum

Vincetis hostem; Martis ad impetus
 Tonantis implorate nomen,
 Nomen, & ingeminate nostrum,
 Eadent ruentes turpiter impij:
Qualas, securis quas ferit, hostia.
 Spectare connalles licebit
 Punicea male cæde tinctas:
 Supraq³ structa mole cadaverum
 Adstare montes montibus additos:
 Truncata ferro tela caelo
 Tergeminum statuunt trophyum.
 Inscripta moles, non tituli notis,
 Stabit cruenta testis adorea:
 Pro mole, montes: glorioſis
 Pro titulis; crux Africanus,
 Diuinus heros hac ubi protulit,
 Cita iacentem deferuit fuga;
 Ad arma Rex surgens ad arma
 Suscitat Hesperios leones.

D. IACOBI AVSPICII MAVROS
profligat Ramirus.

ODA.

Visura pugnas lux properantior
 Illuxit orbi: quam male perfidis
 Nefasta Mauris, tam secunda

T S

Forti-

Fortibus Hesperiae cateruis.
 Visura primum cornipedem, color
 Quem signat albus, plus zephyris citum:
 Quo vectus exterret rebelles
 Fulmineis Iacobus armis.
 Vix nota lucis prima crepuscula:
 Ignescit imis pectoribut furor
 Martis cruenti, quem probrosa
 Dede coris ciet ira vindex.
 Ad arma clamant classica: copia
 Adarma; Martem fortia pectora
 Spirare pugnacem videntur,
 Deq; animis subit ora Mauors:
 Vtrinque miles fulminat igneus:
 Victrixq; ferro sternitur Africa:
 Nubesq; telorum recondit
 Flammiferos Phaetontis ignes:
 Apparet alto mirus ab æthere
 Eques nivali vectus equo: gerit
 Plus alba candenti pruina
 Signa sacræ cruce purpurata:
 Videre læti quadrupedem, niue
 Fulgentiorem, Christiadum globi:
 Videre vexillum superbum,
 Et validos equitis lacertos:
 Accrescit altis vis noua mentibus:
 Accrescit ardor fulmineus viris:

Herè a magna voce turmæ

Ingeminant, reboantq; nubes.

*Hæc causa nostris tam noua gaudij,
Fit morte diræ tristior hostibus;*

Terrentur, horrescunt, tremiscunt;

Tela fluunt trepidis, & arma.

*Sic fertur ingens per medios eques,
Ut vis ruentis fulminis ignea;*

Perstringit hos, illos trucidat:

Fulminea face terret omnes.

Nunc primus hosti fit celer obuius:

*Nunc fortis agmen per medium ruit
Extremus extremos fatigans*

Sternit humi sine clade victor;

Autore Diuo miles, & auspice,

Pugnace pugnat fortius Hectore:

Imbellis est quicumque miles

Aemathio minor est Achille.

F E R N A N D V S R E X

Conimbricam obsidet: & Mauro pul-

so Diui Iacobi auspicijs

capit.

O D A.

C Vm fracta bello concidit Africo
Famosa duræ gloria Lysiae,

Mau-

*Maurusq; probrofe ruentem
 Hesperiam ferus occupauit:
 Commune damnum perculit ultimas
 Urbes, inaurat quas Tagus aureus,
 Quas Monda, denoluens sonorum
 In pelagus bibulas arenas.
 Oppressa duris conditionibus,
 Imposta summo monte Conimbrica
 Cervice captiuâ recepit
 Hesperia sonitum ruine.
 It dura Mauro sub duce seruitus:
 Succedit atas durior asperis
 Etatibus: pressos nepotes
 Seruitium grauius fatigat.
 Clades suorum sentit, & indolet
 Seruire Mauro corpora libero
 Fernandus; exemisse ciues
 Imperio parat Africano.
 Damnis piorum mota benignitas
 Blandi Tonantis, Principis incitat
 In dura pugnacis frementem
 Bella animum, studiumq; Martis.
 Rex vota supplex Numinibus facit:
 Primusq; aditur sollicita prece,
 Contra Africanorum furores,
 Callaicus Iacobus aruis.
 Mox clausa muris obsidet agmina.*

Montis sub alto vertice ; spiculis
 Horrescit obseffas cruentis
 Papilio prope densus arces.
 Stant castra signis horrida Martijs
 Tremenda Mauris ; millia Lysia
 Mauortis affectant labores:
 Hesperijs furor is cateruis.
 Quot hic Achilles Martia cerneret
 Bellona? Maurus bella laceſſere
 Si ſegnis auderet ; timores
 Attonitum cohibent in urbe.
 Columba caco clauſa foramine
 Sic horret ungues accipitris feri:
 Prodire non audet, cruent@
 Ne pereat lacerata roſtro.
 Labuntur actis tempora cursibus:
 Ingens in orbem Martius it labor:
 Labore pugnaci fatigat
 Obſidio diurna clauſos.
 Sublata multiſ clauſtra laboribus,
 Eequata cælo moenibus, & ſitus,
 Potenter intrantur : superbis
 Est animis vigor, eſt lacertis.
 Princeps adurget : Lysius aduolat:
 Expugnat urbem Rex violentior;
 Et fræna, pulſis inde Mauris,
 Barbarici capiunt furores.

*Hæc acta belli non sine Praeside,
Qui fregit Afri robora barbari.*

*Qui claustra murorum reclusit,
Et vacuam patefecit urbem.
Sententiarum testis idoneus
Diuus mearum: cui manus impigra
Stat clae: cui vincit niualis
Sithonias sonipes pruinas.*

*Talem reuicit dum Stephanus, iacet
Hæc nocte; Regem lux videt altera;
Mauro triumphantem repulso,
Eximiam penetrare ad urbem.*

AD D. IACOBVM APOSTOLVM.

Omnium Apostolorū primum pro Christo mortem oppetisse, non nisi sub Herode, Nero impiissimi quam simillimo.

ODA.

*Praelate letho, Principibus sacris,
Fuere Christi qui Ducis affectæ:
Vt antesignanus, cruentæ
Militiæ rubra signa præfers.
Allechte summo, Diue, senatui,
Augusta desit ne tibi purpura,*

Cæsus triumphales amictus

Purpureo tibi pingis ostro.

Splendes suprema fax noua Curia:

Marina rubrum nec tibi muricem.

Dat concha; de venis profusa

Cade tibi stola purpurascit.

Ne quid decesset criminis impij,

Dextram beato sanguine polluit

Herodis Herodes propago

Sacrilegi noua parricide:

Fatale monstrum: cui fera pectora,

Cui Pluto virus mitior inuidet:

Monstrofa quod cæcis Auerni

Impietas peperit sub aniris:

Quod fonit atro Tisiphone sinu,

Admonit angues cui cita noxios,

Quod lacte, quod sanis papillis

Terribiles alnere Dira.

Agrippa, cruda quid nece Cœlitem

Extinguis? audax sacrilegum nefas

Admittis, ardenti sub Orco

Flammiferâ face vindicandum.

Mundo Parentem tollis amabilem:

Tutore prius Hesperiam suo;

Agrippa crudelis, bis una

Sacrilegâ nece parricida,

Illum securi tollis ahenea,

Vitam sepultis qui dare sueuerat;
 Ex orbe solem tollis, umbras
 Tartareis reuocas tenebris.
 Quām fēta monſtris ſunt tibi pectora?
 Cerno Chymeras peccore in intimo:
 Gigantas, Harpyias, Typhaeos,
 His ſociaſ noua monſtra monſtris.
 Cum te cadentem Tartarus bauriet,
 Plaudente mundo, ciuibus, & tuis,
 Monſtroſus informi figura
 Terror eris Phlegethontis umbris.
 Palmas Neroni præripis impio,
 ſeuire ferro dum prior incipis;
 Discrimen hoc ingens duorum:
 Discipulus Nero, tu magister.

AD EVNDEM.

Sanctissimum D. Iacobi corpus, discipulis co-
 rantibus, nauigio imponitur, Ioppe in Vnde
 maritima Palæstinæ. Inde per Mediterraneum
 in Oceanum inuehitur: tandem ad Calletum
 littora appulsum, Iria Flavia Vrbs felicissi-
 ma finu excepit.

ODA.

Dulces alumnis fiderei Patris
 Urnas beatis ossibus inclytas,

Norim

Nocere ne posset Tyrannus,
Gnauiter imposuere puppi.

Tutis Ioppe commoda portubus
Primùm solutis linquitur anchoris;
Per regna Neptuni secundis
Vela tument sinuosa ventis.

Famosa solis stat procul Insula,
Decora ponit cui Rosa nomina:

Attollit ingens quam colossus:

Quam pluuiograuis imber auro.

It puppis alto gurgite: dissipata
Secans marinis regna liquoribus:

Tranantur Ægæi furores:

Sternit aquis vagare regna Nereus,

Stetisse credo, præ reuerentia

Herois, ingens quem ratis aduehit;

Apparet ingens Creta, magnis

Vrbibus imperiosa centum.

Serenat ingens Ionium minas,

Secura puppis quo sacra transuoleat:

Serenat undas & Cosyra,

Cum Melite, Siculisq; regnis.

Tempestuosis saeum Aquilonibus

Tranatur æquor, cui Leo turbidus

Inter procellos tumultus

Dicitur imposuisse nomen.

Optanda nautis paret Iberia.

Vndis Iberus cernitur aureus,
 Cui Tybris, Ister, Nilus, Indus
 Inuidet eximiam columnam:
 Stat Virginali Mater imagine,
Quæ fulta supra fulget iaspidem:
 Aræq; reginæ polorum,
 Eximij monumenta Diui.
Crines Iberus cinctus arundine,
 Erexit alto tempora gurgite,
 Affatus Herois sacratas
 Exuuias lacrymante vultu.
 Felicitatis portio maxima,
 Vidisse viuum te, mibi contigit;
 Nunc mœstus extinti Parentis
 Suppliciter loculos adoro,
 Suprema felix sidera tangerem,
 Imoliceret corde reponere
 Si Patris vrnas, pulueresq;
 Condere sub vitreis sepulcbris.
Qi nostra promptè visere flumina
 Dignatus hospes, prataq; florea,
 Meter beasti, ter sacrifici
 Sidereis mea regna plantis.
I, digniores, i, ratis in plagas:
 Feliciores i ratis in locos:
 Depone thesaurum beatis
 Diuitijs pretiosiorem.

Aug
QuæVeni
HercSub
CurjPiET
GenCu
PbLong
M

Augusta puppis per freta transuolat,
 Quis fit superbum nomen ab Hercule?
 Submissus Alcides adorat
 Rostraratis sacra transfretantis.
 Ventum est ad ingens Oceani salum:
 Heroa gaudens Oceanus pater
 Excepit, & supplex adorat
 Principis exuicias, & urnam:
 Substernit æquor mobile, leniter
 Cursu secundo nauiget ut ratis:
 Neptunus applaudit, tridente
 Deposito, seniorq; Nereus.
 Pictæq; crines Oceanitides,
 Gemmata Doris, flava Lyconias,
 Ligea, Cydippe, Thalia,
 Et vitrei Galatea vultus.
 Cum Patre Cete grandia corruunt,
 Phœcæq; vastis molibus æmulæ:
 Tritones vidi, qui canore
 Turbinis ingeminant per undas.
 Longo marinus stat chorus ordine,
 Maiora cedunt monstra minoribus,
 Quæ, puppe conspecta, repente
 Attonitis stupuere rostris.

IACOBI SANCTISSIMI

Reliquijs visis vaticinatur Protheus.

Tunc ore Protheus veridico, datum
Cui nosse longi temporis exitus,
Affatur Herois sacratas
Exunias loculos, & urnas.

Saluete magni Reliquiae Patris,

Commissa sanis pignora fluctibus,

Læsisse ne possit Tyrannus

Sacrilegus cineres sepultos.

Quacumque felix vos capiet plaga,

Fauere largum sentiet athera:

Visetur Europe frequenter,

Ad loculos properante cursu:

Altare magnis cerno adamantibus

Fulgere: baccis cerno niualibus

Astare gemmanti tiara

Pontifices, validosq; Reges.

Ad sacra current limina Principes

Ad sacra current limina Cesares,

Ditare certabunt superbis

Munifici loca sacra donis.

Iam Romae templis munera preparat,

Æquare donis quæ sibi te cupit,

Ad sacra, solennes ad aras

Purpureos dabit illa Patres.

Tortenta cerno quam nqua Calitis

Videnda seris sunt ea posteris,
 Patranda tandem cum requiret
 Exitium Hesperiae iacentis.

Quæ clara tantum floret Iberia,
 Commissa propter concidet impia:
 Et rege sublato, & corona,
 Serviet indomitæ tyrannis.

Tentabit audax prælia seruitus,
 Iugumq[ue] collo demere barbarum:
 Fædum tributum denegabit,
 Arma volet, properabit arma.

Cogentur Afro sub duce copie,
 Et transmarinas Africa transfuehet
 Per stagna Neptuni phalangas,
 Barbarica catulos leane.

Mauri cohortes is numerauerit,
 Belli paratus, cornipedes, duces,
 Ora recensabit marina
 Qui bibula numeros arenæ.

Quam rara contra stabit Iberia,
 Confusa cœlo, non sibi Martia:
 Ad arma pugnaces, ad arma
 Ipse animos Iacobus addet.

Prosternet armis agmina Barbara,
 Maurumq[ue] multo non sine sanguine:
 De sorte sernili solutos
 Hesperios trahet in triumphos.

510 DE CHRISTO TRIVMP. LIB. VID.

50 DE INVENTIONE

Reliquiarum D. Iacobi.

Compostellæ supra quingentos annos occu-
ta D. Iacobi ossa, Alfonso Casto regna-
cœlesti luce indice aperiuntur.

ODA.

O Bluioso recta silentio
Sacri iacebant corpora Principis,
Quem clara delegit Tonantis
Progenies comitem laborum.

Arbuſta densis aspera vepribus,
Fœdo tegebant depositum situ
Regale, thesauros beatos:
Dona rubris potiora gemmis.

Ignara quantum claudis Iberia!
Quæ dona terris, quæ tibi proferes!

Delubra, tutelas, amores,
Munera, delicias, salutem.

Spineta solis nota draconibus,
Et fœta monſtris lustra minacibus,
Tam nota fient, quam per orbens
Sunt Latie monumenta Roma.

Supra ſepulchrum ſtat globus igneus:
Corpusq; cœlo proditurn indice:

Noctisq; lucentes profundæ
Per tenebras iterantur ignes.

Ardere saltus fama renuntiatos

Ebdere multi luminibus vident;
 Auditq; Præful mox flagrantes
 Insolito videt igne sylvas.
 Excisa duris sylua bipennibus
 Hortante sacro præside concidit;
 Sensere quercus, dura cornus,
 Lenta salix validos lacertos.
 Armata curuis turba ligonibus,
 Aggesta terræ pondera submouet:
 Tellure spes mundi recludit,
 Arma, patrocinium, Parentem.
 Mercede sacra Cœlituum Pater
 Pensat labores Præfulis inclytis;
 Herois antiquo reposas
 Repperit exuuias sepulchro.
 Fuis repertas perluit imbribus:
 Dat blanda sacris ossibus oscula;
 Dulciq; decertant duello
 Corde pio dolor, & voluptas.
 Sacros calores ossibus ehibit,
 Ad astra miris qui rapiunt modis:
 Sensusq; , flagrantesq; fibras,
 Corda, oculos, animum, medullas.
 Excita flamma currit Iberia,
 Perfusa fletu suppliciter rigat.
 Parentis amissi, & reperti
 Exuuias, cineres, sepulchrum.

*Alfonsum ingens protinus aduolat,
Insigne pignus visere gestiens:*

*Castusq; detracta corona,
Virgineos veneratur artus.*

*Adiecit agros, templaq; condidit;
Incœpta Regis regia promouent*

*In maius Heroes, Dynastæ,
Imperia, eximijq; Reges.*

*Sectatur orbis Principis æmulus
Regale factum: sedibus excita*

*Europa, tam dulcis Parentis
Reliquias peregrina visit.*

*Cui supplicanti iungitur Africa,
Plerumq; fuscis barbaragentibus;*

*Aurora quin mittit remotæ
Gemmiferos Asiae colonos.*

*Adeesse Numen sedibus aureis
Præsens, fatentur pectoris intima*

*Repente commota, & flagrantes
Insolitæ pietatis ignes.*

DE RELIQVIIS D. IACOBI.

Nihil Hispaniæ ditius, nihil mortalibus suauius
sacris D. Iacobi reliquijs, modò ijs perfraui
velint. ODA.

Perusta flammis diues Iberia,
Fluenta quanuis fuderit aurea,

Glebasq; flauentis metalli

Vomere prosciderint coloni,

Cessere venæ ditis Iberia:

Augusta Diui corpora permanent:

Cessere venæ, dum beatis

Corpora diuinitijs inundant.

Cerui perusti pectoris æstibus

Venite: fontem pandimus, ocyus:

Haurite sacratos per artus.

Qui refluxunt, Superum liquores.

Anbela flammis corda refrigerant,

Concreta soluunt frigore pectora:

Morbisq; crudeliq; morti

Antidotis medicantur aureis.

Heu! quod Tonantis Numinis læsimus,

Caremus alis ! ad bona plumbei:

Ad crimen, immanes ad usus

Alituum superamus alas.

Labore, sumptu, mente fugacia

Captamus, instar flumina Tantali:

Gratisq; proculcamus undas

Latius Oceano affuentes.

Quid tam scelestis mentibus imprecer?

Fluenta norint, nec tamen ebibant:

Sitiq; tabentes perenni,

Tantaleo satientur haustu.

DE TEMPLO D. IACOBPt. H. Posc.
 in vrbe Pharo ab Illusterrissimo D. A. Bar. Poll.
 Ferdinando Martino Mascarenio
 Episcopo Algarbiensi
 erecto.

Colle super modico consurgit ad aethera moles,
 Pontificis sacrâ ritè dicata manus.
 Ut cum de Libycis Hispana ad littora regnis,
 Traxerit armatas dira cupido rates,
 Terreat angustâ Mauros Iacobus ab aras:
 Qui formidantes talia dicta dabunt.
 Mens erat in Libyam magnas auertere pradas:
 Est modo pro prada precipitasse fugam.
 O quoties proauos, quoties Iacobus auorum
 Agmina cœlesti nostra refregit ope!
 Stant odij causa: suprema potentia Dmo est:
 Mens metuit, proauis quam subière, necem:
 Quereret stultitia est vita discrimine prædam:
 Quid me præda innat, si mihi vita perit?

Illusterrissimus D. Ferdinandus Martinus Mal-
 carenius Episcopus ad D. Iacobum.

BEllorum præses, sacras tibi ponimus aras,
 Templaqz de tumido conspicienda mari.

B Ut Fidei infidum præsentia terreat hostem:
Hesperias Libycā qui rate turbat aquas.
D Posco supercilium: non dextræ fulmina fundat,
Agmina cœlestis barbara frontis honor.
Barbarus è Libyā perit infelicius hostis,
Quando, velut trifido fulmine, fronte cadit.
Polluere indignum est Mauro te sanguine dextram;
Sat tuus infesta pro face nuntius erit.

D. Iacobus ad Præfulem illustrissimum.

A Rmipotens bellator ego tua limina, Præful,
Ingredior latus; quām mihi cuncta placent!
Quām nitet aulaeis paries insignis, & ostro!
Quām nitet artifici picta tabella manu!
Quām nitet, Attalico vestis quæ fulgurat auro!
Factaq; per Phrygias gemmea texta manus!
Quām mihi tecta placent altaria cultibus aureis!
Candelabra auro quām mihi fulua place nt!
Quām me densa iuuant examina gentis, honorant
Latius aduentu, quæ mea sacra suo!
Vasa superuernant & qui crystallina flores!
Qui canit arguto quam iuuat ore chorus!
Omnia cum placeant animo gratissima nostro,
Præful, olorina plus mihi mente places,
Diligo te propter tua munera: diligo sedes:
Et mea te propter plus mihi templa placent.

D.Iacobus de templo sibi posito.

Hesperiae defensor adeſt, diſcedite Mauri;
 Est mea bellipotens dextera: fulmen habet:
 Oſſibus Hesperios Maurorum albescere campos
 Fecimus: in campis oſſa reperta probant.
 Tradidimus ſauis portenta immania monſtris:
 Horruit Oceanus cœrula rubra Pater.
 Squamea tranarunt inter portenta cruores:
 Et Balena rubras nare volutat aquas.
 Nunc placet antiquos reuocare in ſecula mores:
 Sentiat vtrices Maurus, ut ante, manus.
 Extruit aternas Præſul mihi maximus arces,
 Vnde petam validâ roſtra inimica manu.
 Non opus eſt poſcat feriam, maſtemq; nocentem:
 Noſtra reos feriet, cum volet ille, manus
 Ille meum arbitrium ſequitur pro lege; vicifſim
 Illius arbitrio norma ſit aqua meo.

Ad D.Iacobum, de templo Pharensi.

Ampla tibi poſuit charus delubra Sacerdos,
 Cui tegit anguſtas infula ſacra comas.
 Flore coronataſ ſuppplex tibi dedicat aras:
 Addit delubris & ſua corda tuis.
 Vestibus Attalicis altaria ſacra frequentat:
 Aurea plus mens eſt, cum tibi ſacra facit.

*Quin chorus ingeminat, dulces qui vincit olores,
Tibia solennes fundit eburna modos.*

*Est tuus à puero : tua sunt quæ possidet : aurum
Si cupid, in cultus id cupid ille tuos.*

*Commendare piget ; Diuus mihi dictat ab astris ;
Inscie, commendas cur mea corda mihi ?*

Ad eundem.

*E*Uropaea ferox sauire per oppida Maurus
Dicitur armata qui rate pulsat aquas.

Ut sit ardenter fusos lea torua cruores,

Sic sunt Hispanas Afra caterua neces.

*Veguora perlustrat : populatur littora : prædas
Aeris agit : captis addit acerba ingum.*

Nuitur è gremio genitricum auellere natos :

Pignoribusq; orbat tecta paterna suis.

Maurorum immanes Iacobe exose furores,

Perde superieclo barbara rostra salo.

Littore in Hesperio qui prædas Afer agebat,

Prædo sit armata præda cruenta manus.

Fundere qui properat stricto mucrone cruores,

Fundat inexhaustam casus ab ense necem.

Non prece sollicito Maurorum in funera pronum :

Ut facias posco, quod facere ipse cupis.

Ad eundem.

*A*Quoris Hesperij qui propugnator haberis,
Fulmen in Afrorum funera, faxq; globos :
Prædonem Libicum violentia interfice dextræ.

Sic,

Sic, ut reliquie non superesse queant.

Quilibet ex Mauris monstru est: atque omnia praef
Monstra manu, factis, pectore, fronte, genis.

Maurus Prædo ad D. Iacobum.

MAgne Iacobe, tibi parat alta palatia Praesul:
 Maurus ab aquoreis limina cernit aquis.

Conqueritur Libycus magno de Praesule prædo:
 Et de bellorum præside, mastus ait.

Non satis antiquos mactasse Iacobe parentes?
 In natos etiam sauit acerba manus?

Decutit Afrorum tua sic romphaea cohortes,
 Decutit ut teneras durior aura rosas.

Sit modus armorum, sit pugnis meta cruentiss:
 Exitium cessen dura parare manus.

Diuis ad hæc; Audes violentior hiscere prædo?
 Saevire in natos dira ego monstra feram?

Te facies hominem, faciunt te crimina monstrum:
 Esso homo, non monstrum: tunc tibi mitis ero.

Ad Maurum prædonem.

EN Iacobus adeſt: alto de colle minatur;

In Libyam Mauræ vertite roſtra rates.
 Desine prædari nostrâ, prædator, in ora:

Imminet exitium lugubre, verte ratem.

redo ait impatiens; Non est dare terga necesse:
 ræfer In Libyam vacuā dedecet ire manu.
 pedam aquile, prædā sequitur leo toruus, & andare
 Accipiter: prædam Maurus ut ales agit.
 moror exitium: gladios aspernos; & ignes:
 Dummodo visceribus præda sit hausta meis.
 us agam prædas, & agam nece functus: aduncas
 Niteneant tumuli pondera vasta manus.

Ad eundem.

Harpia Libycæ: fœtæ prædone triremes:
 Hæc tenus Hesperium per mare cursus erat.
 nac Europeas prohibet dare vela per undas,
 Martius augustâ qui sedet arce Pater.
 auspicis Hispana per oppida Mauri,
 Turpiter infandâ procubuere nece.
 pora casa feras pauere, & monstra, recondit
 Quæ mare cæruleo prodigiosa sinus.
 si etiam fuso pinguiscere sanguine campi:
 Surgereq; è rubro decolor herba solo.
 simile exitium patiaris Maure, rapaces
 In Libyam subito, consulo, verte rates.
 uori vitam generi dabit ille nepotum,
 Qui proauos diro Marte peremit auos?

Ad eundem.

Pete remigio Libycas properante latebras
 Maure ferox, ingens, sin minus, ulor adest.

Quid.

Quid faciet? Perimet^e dabit & te piscibus escam: Qui
 Vel dabit horrendis effera monstra feris.
 Odit Diuus aues: odit rostra apta rapinis,
 Africa qua mittit; gens inimica fuge.
 Vnde odium Diuo? meruerunt crimina. Diuo
 Vis unde? E summo Numine fulmen habet.
 Cur, age, tam Diuo mactandi antiqua cupido?
 Cur, age, te versat tam vetus improbitas?

¶ De templo Pharensi D. Iacobi, & Mauro

Consitterat rediens Libycis prædator in oris,
 Viderat egregia qui noua templa Phari.
 Extemplo accurrrunt celeres ad littora Mauri;
 Littore ab Hesperio quid ferat ille, rogant.
 Terq^z, quaterq^z rogant, Mauris urgentibus, inquit;
 Felices nunquam qui subiere Pharum.
 Est angusta domus: celsaq^z; Iacobus in arce:
 Exitij nostris qui fuit autor auis.
 Imminet ex alto, nostrisq^z irremib^zus instat,
 Deleat ut nostrum celsus ab arce genus.
 Instimulat precibus properantem in funera Præsul:
 Utq^z; magis stimulet regia templa facit.
 Incassum non vota facit, qui munera reddit:
 Donis nostra suis funera Præsul emit.
 Vel captiuus erit, vel funera dira subibit,
 E Libyā quisquis pergit adire Pharum.

am: Quid referam petitis? turpe est mihi dicere, Mauri;

Nam vacuas, vacua cum rate porto manus.

Ni mea nigra forent, portarent ora rubores;

Quod supereft, pleno pectore, porto metus.

¶ Ad Maurum prædonem. ¶

MAURE ferox, hostis duplex tibi pugnat in armis,

Et duo te contra fulmina missa ruunt.

Diuus, & Antistes, qui templa ingentia ponit:

Quod petit Antistes, Diuus amicus agit.


Brachia dum Diui, dum sacra Antistitis ora


Bella mouent, latebras, i., pete prædo tuas.

Non potes à praua cervice repellere mortem,

Dum petit hic votis, dum ferit ille manus.

* Finis libri octani. *





LIBER NONVS

DE APOSTOLIS

AD D. PHILIPPVM.

Non temerè Christum vocantem obau-
diuisse.

O D A.



*N bella Christus ductor abenea,
Plutona contrate vocat; aduola
Philippe terror barbarorum,
Sidereæ columen ruinæ.
Regum furores in tua funera
Coire cernes, non sine viribus;
Quanuisq; coniurent coacta
Cum Stygijs elementa monstrosis,
Depræliantes nil poterunt manus,
Nil Gigantum vis adamantina,
Nil igne flagrantes camini,*

VII

Unda fretis nihil astuosis.

*Inuicta summi dextera Principis,
Quite tuerit, quem sequeris ducem,*

Deducet ardentes per ignes

Perq[ue] trucem sine clade mortem.

*Mens ad coronas candida, candidas
Baccas profundet: sed crux igneus*

Dabit triumphali corona

De nece sanguinea pyropos.

Submittet ortus se tibi cernuus,

Et igne sero qui rubet Hesperus:

Submissus, & supplex uterque

Accipiet tua iura mundus.

Pro premiorum est munere maximo,

Vidisse magnum, quem sequeris Duxem:

Vidisse quem magnis superbi

Imperijs cupiere Reges.

Quod te vocantem tam sequeris citio,

Non mentis egit mobilitas tua;

Vis maior in dulces rapinas

Per tacitos ruit acta visus.

Submurmurantim murmura despicer

Et quem sequaris latior aspice;

Enicis humanos honoris:

Grande sequidecus est, Tonantens.

AD EVNDEM.

Nihil felicius, nihilq; beatus Philippo accidere
potuisse, quām Christi patientiā frui, dulcīq;
fungi ministerio.

ODA.

F Elicitatis non fuit aureæ
Quod tempus ætas prisca putauerat:
Querceta cūm dulces tulère
Diua fauos, liquidumq; nectar.

Fluenta ripas cūm superantia
Volueré lactis lactea flumina:

Cūm fœta tellus fudit ultrò
Triticeas inarata messes.

Philippe, tempus tunc fuit aureum,
Verbi fusti cūm pius affecta:

Portenta vidisti patrantem
Mira, quibus stupuere gentes.

Est fracta mortis quando potentia:

Dum pressa vasta mole cadauera,
Illi ad nutus iubentis,

In superas reuocantur auras.

Dedere prædas Tartara lurido

Sinu receptas; tecta per ignea

Dedisse prædones receptas

Exuuias gemuere manes.

Non vidit ætas illa beatius,

Quām quo potiris, tempus amabilis

Philip.

Philippe, dum sectaris ultrō.

Dulce magisterium Tonantis.

Datura mensas, te Sapientia.

Super ciborum munere consulit;

Partiris escas, singularis

Prodigijs populis minister.

Magister imbres prodigus aureos

Quando tonando largius appluit,

Lataris exceptans beatum

Dives onus radiantis aurii.

AD EVNDEM.

Sacrosancti Spiritus flammā obarmatum orbē
peragrasse: diuinum verbū disseminasse: mul-
tos Christo peperisse.

ODA.

Plutona contra, Tartara, Principes,
Contra Tyrannos, cordaq; barbaras;
Contra magistratus, ducesq;
E Superis sacer Ignis armat.

Contra draconum colla tumentia,

Contra leones, monstraq; Caspia:

Contra procellosos tumultus

Deproperat sacer Ignis ignes:

Igni trisulco te violentior,

Philippe Flamme praripit impetus

Per regna, per gentes, superbe

Per populos Asiae, per urbes,
Arcana promis dum Sapientiae,
Profando nectar dulciter appluit:

Ardenter ignescunt medullae:

Pectoribus noua lux refulget.

Depulsa prisca vana ruentibus,
Immane templis monstrare mugiunt,
Intrare damnatos recessus

Terribiles adiguntur umbras.

Vultus Deorum finaverat aureos

Et quos vetustas artifici manu,

Ardente Vulcano solui

In liquidum fugiunt metallum."

Surgunt superbis ardua molibus

Delubra summo condita Numinis;

Regi^q, regali^q Matri

Marmoreae statuuntur ares.

Gens è sacrato fonte renascitur,

Canà pruina purior: impias

Mirata delevisse culpas,

Et scelerum maculas sub undis:

Insculpit alto conscientia pectore

Astraea leges non violabiles:

Exosa Pax Martis furores,

Sanguineas fugat ore pugnas.

Tranquillat urbes, cum duce milites;

Tersa expiatis arma cruoribus,

*Et corda Diuorum profusis
 Gratia diuinitatis opimat.
 Sanatar hydrops non satiabilis,
 Fluenta quanuis Oceani bibat:
 Vocantur in lucem sepulti:
 Mors stupet, & fremit ore Pluton.
 Experta Manes corpora perfidos,
 Iam non dolores libera sentiunt;
 Iubente discedunt Philippo
 In Styga terribiles Chymærae.*

*A D E V N D E M.
 De Martyrio.*

*I*mmane lignum carnifices parant,
 Immane vasto pondere: funeri
 Immane crudelit futurum,
 Sed necis ingenuæ trophaum.
 Ad dulce letbum dum properantior
 Tendit Philippus, dum fera carnifex
 Tormenta differt, plus trucidat,
 Siderea populante flamma:
 Amore mortis plus flagrat ignæ,
 Affectat atrox quam dare carnifex:
 Plus ardet in poenas supremi
 Supplicij sitibundus Heros.
 Instar nocentis, plectitur innocens:

Procedit Heros mitis ut hostia:

Nec tuntq; ceruices catenæ,

Vincla sacros religant lacertos.

Cordis paterent si penetralia,

Et fax latentis pectoris ignea,

In funis exarmasset hostem

Sacrilegum male sœuentem.

Enses remissa defluerent manu,

Cessasset ardor barbarus in necem:

Cui ponit insanos furores

Monstriferæ facies Medusæ.

Crux est Philippo lectus eburneus,

Mortis cruentæ tempus in ultimum:

Rumpet quiescentis tumultus

Nullus ubi placidos sopores.

DE DIVO BARTHOLOMÆO.

Citeriore Indiâ lustrata, in maiorem Armeniâ penetrat: pulso malo dæmone, Polymij Regis

filiam liberat.

O D A.

O Diue diti ditior India,

Quam plus beatis diuitys beas,

Quam quæ per Eos recessus

Parturiunt freta margaritas.

Titanis instar, quem rapit impetus,

Rotantis æthrae, dum properantior

Perla.

Perlustrat occasus, & ortus

Regna cità face, nec quiescit.

Regnis potentem tendis in Indiam,
Sonando monstras tergeminum Deum:

Vinctumq; Plutonem: Patrumq;
Exuuias reduces ab Orco.

Quin dicta miris prodigijs probas:

Sacras ad undas agmina peruolant:

Tinguntur, ad viuos senecta
Exuuias positura fontes.

Afflante cœlo linquitur India;

Hyrcana pubes spectat amabilem

Factis, & aspectu Parentem

Cui varium coma crispat aurum:

Vultusq; candent: grandia lumina:

Rectusq; nasi ductus: at infimum

Promissa tangit barba pectus:

Ora tubæ sacra more clangunt.

Mentis niualis carbasus æmula

Herois ambit pectus idoneum:

Quem mille sectantur decori

Aligeri rutilante penna.

Ad fana fiunt mira silentia:

Produntur alti Numinæ Principis:

Plutone sanatur repulso

Principis Armenij puella.

Lægitur aurum munifica manu,

Gemmasq; Princeps, munera regia:

Quem magnus affatur benigno

Alloquio Pater audientem.

Sat digna regum munificentia

Rex præstitisti munera; Cælitum

Qui posco thesauros perennes,

Despicio, rude pondus, aurum.

Cursu volanti qui peto sidera,

Depono pondus, quod grauat, aureum;

Ad alta tendentis, retardat

Astra, aquilæ graue pondus alas.

Contemno, Princeps, non tua munera

Queis summa vincis munera principum:

Præpono sed gazis superbis,

Pauperiem pretiosiorem.

Non lucra nostris quero, laboribus

Terrena, tempus que breue surripit:

Quæ pontus, audace sq; dextre,

Quæ rapidus populatur ignis.

Humana prædæ pectora sunt meæ:

Iucunda Christo munera Principi,

Orco triumphato cruentæ

Qui pretio necis emit orbem.

Totoq; prædas orbe requirere

Viros coegit; Præda ero luridæ

Morti q; Vulcanoq; tales

Dum referam super astra prædas.

IN D. BARTHOLOMÆI

Martyrium.

urbari moris fuisse, sanctissimum Apostolum,
non solum detracta pelle viuum cruciasse:
sed etiam in sepulti ossa defauisse.

ODA.

Multa canorem flebilibus modis,
Thalia: fletus pro fidibus sonent:
Testudo cesset: vox fatiscat
In miseros lacrymosa luctus.
Spectare possit quis, sine lacrymis,
Dulcis parentis pectus eburneum
Hiare: liuores tumentes:
Perq; sacrum latus ire sulcos?
Crescit cruenti supplicij modus;
Crescuntq; pœnæ plus lacrymabiles:
Minatur infestus tyrannus
Cæde genus necis indecoræ.
Suspensa pendent de cruce peclora,
Lugubre duri supplicij genus;
Inuicta virtus, per dolores,
Plus solidat generosa vires.
Feris peremptis quæ solet eximi,
Cruenta viuo detrahitur cutis:
(Res cruda!) nudantur videnti
Per lacerum, sua corda, pectus.
Fando, oruente quis numeret necis,

Queis,

Queis, Diue, viuis, supplicij modos?

Quot membra, tot fontes perennant
In Tyrios reflui liquores.

Latè fluentem respice purpuram,
Quæ te triumphos mittit in arduos:

Molire currus, & polorum
Exuuias, age, fige valuis.

Ferro amputandum sed prius est caput
Quò sæua palmis prælia finias:

Et colla baccatum monile
Ambiat, irradientq; gemmæ.

Openè Martyr post sacra funera,
Cui nec sepulto fas requiescere!

O sæua, quæ Manes sepultos
Vellere, barbaries laboras!

Fies Hyænae persimilis feræ,

Quæ præ tremenda sæuitia ferox

Humana, perfoxis sepulchris,
Ossa ruit, violatq; manes.

Legum refringes sacra repagula,

Quæ cura fixit prouida Cæsarum:

Edicta perrumpes sacrorum

Pontificum, dominæq; Romæ.

Quid damna quærис, lucra fugis tua?

In te nefandis durior hostibus:

Quæ damna perquiris! repulsis
Exuuijs lucra quanta perdis!

IN SACRAS D. BARTHOLOMÆI
Reliquias.

bi potissimum nocuisse Barbaros, qui sacro-
sanctum Apostoli exuum stupendis mira-
culis clarum pati non potuerint: effosso imma-
niter sepulchro ossa eruerint: plumbea arca
incluserint: in mare præcipitauerint: à quo
officiosiū excepta, & bonâ fide Liparæ insu-
la reddita.

ODA.

AD sacra Diui busta profunditur
Profusa cœli copia; Numinis
Tonantis inclinant benignum,
Offa super tumulata, cœlum.
Hic sacra vernant munera gratiae,
Non sole nostro: purior æthere
Stat Phœbus, afflatuq; blando
Elysiae fauet aura sylue.
Laboriosis hic sine prælijs
Mors victa cedit: quasque vorauerat,
De ventre direptas triformi
Funereo vomit ore prædas.
Redintegrantur robora perdita,
Salus revisit corpora languida:
Cœlesti monstratur beatis
Numen in exujs fruendum.

In alta Diuum præcipitant vada;
 Suas recidunt spes sibi barbari:
 Risit receptis pulchriorem
 In speciem facies profundi.
 Natant per undas corpora plumbeis
 Inclusa capsis: littus in hospitum
 Ponti quiescentis pererrant,
 Et placidis salis alia tranant.
 Neptunus aquor mobile temperat:
 Ventosas sceptris Rex agit agmina,
 Aurasq; luclantesq; ventos
 Æolijs premit in cauernis.
 Limosa cete montibus amula,
 Vastâ feruntur mole per aquoras
 Raptumq; sublimes in auras
 Nare cauâ iaculantur aquor.
 Triton oberrat semiferos super
 Veclus megalos, aquora personat
 Strepente conchâ, nec recedit
 Associans loculis beatis.
 Sirenes vdis de penetralibus
 Latæ feruntur pignus in obuium:
 Portenta demulcent marina
 Insolito stupefacta cantu.
 Cœlesti pignus Bosphorus excipit,
 Supplex adorat: nec mora traiicit:
 Quem prena suscepit Propontis,

Oscula dat loculis beatis,
 Dimittit ex hinc ad freta spumea,
 Cui nomen Helle, dum cadit, addidit:
 Hinc Sestos, hinc fauces Abydos
 Æquoreas speciosa claudit.
 Ægæa Diuus transuolat aquora
 Tempestuosis plena periculis:
 Spectantur alto, nauigantium
 Sub pelago scopuli, timores.
 Albis sonantes fluctibus insulæ
 Exaudiuntur mœnibus inclytæ;
 Dictæa Minois seueri
 Regna sacri loculi relinquunt.
 Periculus visitur Adria:
 Cedunt procellæ, dum natat urnula:
 Ætnæ lustrantur, sonoris
 Littora quæ resonant caminis.
 Succincta monstris Scilla v'lulantibus,
 Monstrofa formis ora coercuit:
 Sorbere in abruptum Charybdis
 Dediticit rabiosa fluctus.
 Portusq; membris fit Lipare sacris,
 Longi per abitis cursibus æquoris;
 Incude Vulcani, & Cyclopum
 Fit strepitus nouus officinis.

DE D. MATHÆO APOSTOLO

Optimum, ac penè dicam, cœlestem sapuisse trapezitam, qui subductis ratiunculis, Christi vocante, cœlestibus lucris inhiauerit.

ODA.

MAttibæ, summæ gloria curiæ,
Quem prima summi gratia Principis
Extollit exortem, beatq;
Officijs, calamo, triumphis.

Miror trabentis dulcia lumina:

Miror sequentis cursum, animum, modum
Admiror indulgentis artes

Discipuli simul, & Magistri;

Miror profusa munera gratiæ,

Mens grata reddit cui meritas vices:

Datura rorantem cruorem

Per teretes Chalybum secures.

Non suscitantem corpora videras

Sepulta: morbos pellere nec graues:

Non pane pascentem cateruas,

Et sequeris citus aduocantem.

Crystalla Phœbi transmeat ut iubar:

Transfusa talis pectoris in sinu

Lux sacra, per vultus, per ora

Allicit, illaqueatq; mentem.

Sub fasce duro quam male federas!

Surgis relicto quam bene pondere!

Per celsa vadentem Gigantem,

Mole gravi positâ, sequeris.

Perdis lucrose: nil tibi deperit:

Imponis astris tutius omnia;

Congestus immensas aceruus

Dinitias cumulabit astris.

Laboriosè, Diue, resederas:

Lustrabis orbis regna quietius:

Propinqua Phœbi quâ nigrantem

Æthiopem rotatorret igne.

Affuete lucris, maxime Cœlitum:

Fœnus relinquis, non sine fœnore:

Cœleste, pro gaza fugaci,

Cum Superis numerabis aurum.

IN DIVI M ATTHÆI

peregrinationem.

Difficilem Aethiopiæ prouinciam suscepisse; miraculis illustrasse: Regis filia suscitatâ, Christi diuinitatem propalasse.

O D A.

INstructus armis desuper igneis

Ad bella prodis mitia: principes

Matthæi, debellas: minaces

Æthiopum populos refringis.

Quocumque tendis, te sequitur Salus,

Nec membra sanas vi Podaliria:

*Fracta integrantur, te iubente,
 Offa: oculi reparant vigorem.
 Tu monstras sylvas cogis ad intimas,
 Sedas furentis ignis anhelitus:
 Sopisq; stridentum Draconum
 Caruleis capita alta cristi.
 Suspensa ramis poma virentibus,
 Ut cruda vellunt præualide manus:
 Sic flore vernantem iuuentæ
 Mors rapuit fera Rege Natam.
 Funèbre plenis it pheretrum vijs:
 Rorante vultu grex popularium,
 Primiq; sectantur, Patrumq;
 Consilium grauium senile.
 Matthæus astat: de nece suscitat
 Nympham iacentem; mirificè Pater
 Ægyptus exultat, triumphat,
 Mira animum satiat volupte.
 Quam lætagensis murmura barbara
 Venisse clamant Numinæ cœlitum
 Descede stellanti, reposos
 Quæ gelidis reuocent sepulchris.
 Parant recentes cädere victimas,
 Agnos, iuencos, lanigeras oues:
 Offerre gemmantes coronas,
 Thuricremis dare thura flammis.
 Debentur, inquit, non mibi victimæ,*
Mai

Matthæus ingens: ferta nec aurea;

Debentur hac solum Parentis

Sidereo, Superumq; Regi;

Natus imperanti qui creat omnia:

Seruat, gubernat, temperat, alterat:

Corpusq; depulsasq; mentes

Integrat imperio efficaci.

Olli polorum pro solio globi:

Pro veste, lumen conspicuum tegit:

Augusta maiestas coronat:

Terra colit metuunt Auerna.

Hunc nosse vita est, & decus aureum:

Nescisse funus non reparabile:

Quem vita placat, non cruores

Semiferi, pecudumq; fibra.

Hic, dum Parentis viscera commouent,

Natum cruentis tradidit hostibus:

Princeps ut ingratis acerbo

Funere pro famulis periret.

Pro indicandis occidit Arbiter:

Et pro nefastis sotibus, Innocens:

Pro gente pollutâ, Sacerdos:

Proq; reis, sine labe Iustus.

Horrent cruentis tempora vepribus:

Palmaq; clavis, & gemini pedes:

Et felle tristi labra rorant:

Dura sacrum latus hasta rumpit.

*Cruenta qualis subrubet hostia,
Quam pelle nudat sanguineus popas
Talis cruentatus rubescit,
Purpurea nece, mitis Agnus.
Perferre mortis tristia funera,
Nec vis coegit, nec violentia;
Quem nulla compellit potestas,
Egit amor sacer ut periret.*

*Post dira mortis funera pallida
Victrix triumphans surgit ab Inferis:
Plutone transcendit subacto
Ad superas rediuiuus oras.
Partos triumphos hic nouat, & fidem,
Cum membra bustis condita suscitat;
Sic regis Aegypti reuixit
Nata, meo renocante Christo.
Ut prata rores arida vitreos,
Sic corda voces dulciter hauriunt:
Ara Tonanti stant: Sabao
Thure calens Pietas vaporat.*

*I N D. M A T T H E I
Martyrium.*

Sacram virginitatis victimam, pro tuendo Iphigeniae sanctissimae Virginis pudore, occubuisse: non nisi floribus prosequendam.

ODA.

Formosa vittis culta niualibus
 Turba fluentes, virginitas, sinus;
 Depone candentes amictus,
 Mœsta nigros, age, sume cultus:
Cruenta cultris occidit hostia
Tuas ad aras: virgineum decus
 Crudelis extinxit tyrannus,
 Ceu niueos grauis aura flores.
Cultor tuorum maximus occidit
Diuus sacrorum; Virginis inclytæ
 Insigne suspendit trophæum,
 Bis gemino celebris triumpho:
Agni niualis candida fercula
Dum pascit: albis agmina lilijs
 Intacta dum seruat Pudori
 Hostia fit sacra parricidis.
Stat virginali victima numini,
Duris (nefandum) cæsa bipennibus:
 It sanguis (heu!) pulchros per artus,
 Per tyrios ebur ut colores.
Refusa puris terra cruoribus
Effundet albis gramina lilijs:
 Canis rubescentes ligustris
 Parturient violæ corollas.
Imponet aris barbara candidos
Flores Nadauer; pulchra Neapolis

Panchæa fundet dona flammis,
Atque Arabum pretiosa merces.

IN D. M AT T H I A M
Apostolum.

Nemini quām Matthiæ feliciorem sortem obti-
gisse: qui prodigijs inauditis hostium immi-
nissimorum impetus refregerit.

O D A.

I N gens supremi vindicis Arbiter,
Quem forte N umen destinat aurea
Ad munus augustum: beatà
Sede graues reparans ruinas.

Transferre moles fas tibi montium:
Valles in altum fas tibi tollere:

Siccare Neptuni liquefiantis
Æquora, cœruleosq; fluctus.

Qui læsa morbi corpora funerant,

Qui pestilenti conficiunt lue,

Quæ flamma depascit medullas,
Tabificas posuere vires.

Inferre mortem toxica nesciunt,

Morsusq; serpens per tua munera:

Duro nouercarum furori

Sæua negant aconita vires.

Mors quæ superbis regibus imperat,
Assueta summo pellere culmine:

Mut.

Mutare fasces, & superbos
 Vertere funeribus triumphos;
 Parere sceptris nescia gemmeis
 Paret iubenti: surgere corpora
 Experta dilectas in auras
 De gelidis rediuiua bustis.
 Orcum fatigas cum duce perfido,
 Umbrasq; diras mole tricorpore:
 Te monstralatrantis Molossi,
 Te Stygiæ reuerentur umbræ.
 Quacumque tendis, diuinitijs beas
 Ciues, Dynastas, oppida, Principes;
 Cum regna dites magna, desunt
 Diuinitæ tibi, defit aurum.
 Tellure gressus ponis in infima
 Mens alta summum transuolat æthera:
 Splendore clarescit refulgens
 Æthra tuo, geminusq; mundus.
 Tonas sonoris Numina vocibus,
 Quæ regnâ terræ, quæ mire temperant:
 Quæ summa coelestes per orbes
 Astra supercilio voluant.
 Profana templis numina corruunt,
 Cum voluis ignes ore volubiles,
 Soluuntur in turpem fauillam,
 Aut refugum liquefacta plumbum.
 Portenta cæcis condita sedibus,

Caliginosus quas nigror occupat,
 Et damna plorant, & ruinas
 Flammiferis lacrymantur undis.
 Te regna contra senius infremunt.
 Contra tyranni, cum grege lurido:
 Ducesq; pugnacesq; reges
 Innumeræ aciunt secures.
 Armantur in te regna Acherontia
 Fremunt dracones sanguineum truces,
 Plutone cum sauo, Megeræ
 Sanguinei recalent colubri.
 Unus resistis fortiter omnibus,
 Vnus superbo de duce, perfidis
 De tot tyrannis, tot subactis
 Regibus intrepidus triumphas.

IN D. MATTHIÆ
tormenta.

Ad Astræam, vt Iudæos immanissimæ cædis au-
tores, dignis afficiat supplicijs.

Fugata quondam criminibus virūm,
 Astræa, summo proxima Numinis,
 Descende cælo: plebe ferro
 Turpe sacri genus Abrahami.
 Infecta culpis agmina pristinis,
 Vatum refuso sanguine lubrica,
 Bracchan:

Bacchantur, immisſis habenis,

Per Stygia genus omne culpa.

Vincelis, catenis, carceribus, nece

Punitur (ehem!) Relligio innocens,

Dum saxa Matthiam, grauesq;

Isacidum quatunt lacerti.

Inter leones, affice, casios

Agnūm iacentem pectore cereo:

Pars colla frangit, pars hianti

Sanguineos bibit ore fluctus.

Indigna saxis cerea pectora,

Sane petuntur turbine saxeos:

Impunè mactari niualem,

More fera, patieris Agnus?

Vita magister funditus occidet,

Vincent nocentes? semina vipera

Inuisa seruentur, peribit

Tartarei antidotum veneni?

Impunè mitis concidat hostia,

Candor rubenti murice purpuret?

Impune prædator triumphet.

Lætus ouans spolijs opimis?

Hec monstra cernens lumine Lynxes

Astra ceſſas? Lenta nec expeditis

Enses, & ignes? nec dehiscens

Terra aperit Styga parricidis?

Impunitatem perfida pectora

*Expertæ, patrant liberi ius scelus;
Vt monstra, quæ vinclis solutis
Per medias rapit ira cædes.*

SO DE D.THO.MA APOSTOLO.*In illud. Ioan. 20.*

Affer manum tuam, & mitte in latus
meum.

CVi datur occulti præcordia tangere Reg. Li.
Et secreta licet, pectora nosse Dei:
Nil magis affectes; cœlestia limina Petrus
Seruet: ad excubias pectoris unus ades.
Dumqz, cicatricum tangis sacraria, tactu
Corpora nobilius iam tua Numen habent
Ne maiora velis felix sors admonet; Ecquid
Qui tibi commisit pectora, maius habet?

DE DIVO IACOBO

Minori.

OS, humerosqz Deo similis, cœlestis imago
Archetypi, fratrem dignus habere Di.
Gloriarata tua est, nulli concessa; Tonantis
Ille, tham faciem qui videt, ora videt.
Ergo prisca fides tales mirata, MINOREM
Dixerit esse, Deo ne putet esse parem.

¶ AD EVNDEM. ¶

Minoris cognomento illustrius nomen comparaſſe, quod multipli virtutum genere fecit insignius.

M Agni Tonantis Frater, & aſſeclā
Virtutis ingens, dum cupis infimum
Cognomen, aeternum reportas
Per titulos titulum minores.

A matris aluo labe parentium

Liber priorum: moribus integer:

Pudore præclarus, decorum

Iustitiæ titulum parasti.

Sacro tiaræ munere Pontifex

In orbe primus fungeris: infulā

Insignis in caulas reducis

Pastor oues Solymæ vagantes.

Felicitatis culmen ad arduum

Viam expeditam, qui præit, indicat:

Fastidit indocta imp erantem

Turba ducem: sequitur vocantem.

Sæuis flagellis asperioribus

Sacros in artus: carnibus abstines:

Dulcemq; vini potionem

Sobrietas moderata nescit.

Frigentis vnde pocula temperant

Sitim aſtuant: Mensa parabilis,

Pauperq; ieuni placenta

Esuriem stomachi repellit.
 Suprema votis astra perennibus
 Prona fatigas fronte; recalluit
 Durata pellis, flexuosi
 Exunio similis camelī.
 Magni sacelli, præ reuerentia
 Secreta soli fas adyta ingredi:
 Ut voce contemptum ruentis
 Pro populo superes Tonantem.
 Columna gentis nobilis Isacæ,
 Te stante, firmo mœnia robore
 Stetere: tristem, te cadente,
 Præcipitant Solymæ ruinam.

DE SANCTISSIMO IUDA

Thadæo.

MAgnes Achamenias fidei face circuit orbem
 Sacraq; Thadæus solis ad antra venit.
 Aduersa rapitur vertigine Phœbus; ab aris
 Sponte suâ in terram Solis imago ruit.
 Quæ nouæ conspecto fiunt miracula Dino?
 Quo sacra non solito flamma pauore labat?
 Cæcus ab eximio Thadæi lumine Phœbus,
 Flammea per tenebras dum fugit ora, cadit.

DE EODEM.

Et Lunæ ruentis simulachro.

I contrâ aspiciat radiantem Cynthia Phœbum,
Plenior aduerso lumine clara nites;
Thadas aspectu vultus obnubit, & ultrō
Ad terram impingit luminis orba caput.
Suetum mirata inbar defecit, & inquit;
Fraterno hic maius lumine, lumen habet.

DE DIVO SIMONE APOSTOLO.

Et serra, qua fuit dissectus.

Plendida serratis tectorum culmina lignis
Dædalens variâ construit arte labor.
Corpora quos hominum serra impia, findis in usus?
Vteris officio cur male dura tuo?
Quis furor in sacros cuneatis dentibus artus
Impulit! Hen! nescis, quem traculenta feris.
Quæm bene materia est ferrum tibi! ferrea duram
Vincis materiam durior ipsa tuam.
Fortunata tamen; neque enim nisi dura fuisse,
Vicisses, sacro tincta crux, rosas.
Nec, nisi dura fores, de cœlo blanda moneres;
Non est è terris mollis ad astravia.

DE EODEM.

Hæc tibi serra, Simon, cælum reserabit: & Orco
Eternam iniicit, te moriente, scram.

Quam

Quām bene rescindis serra ingeniosus Olympum!

Quis potuit ferro fortior esse suo?

Quām bene Tartareas claudis sine clave fenestras!

Quis potuit clava fortior esse sua?

Alcides sileat : sileat Titania pubes;

Astra Simon aperit, claudit Auerna Simon.

DE D. BARNABA APOSTOLO

virginitate insigni.

Diu potens Cypri, tibi Cyprus horrida ciniſ
Bella parat : Cypria templa relinque Paphi
Idaliasq; domos, & celsa mole Cythera:

Aut penitus patrium desere vixta ſolum.

Nil tibi profuerit, tua ſola potentia, Natus:

Nil poterit pharetrā, nil tuus igne Puer.

Illæſim poterit iuuenis feruare pudorem:

Stabit & incolumi virginitate ſenex.

Ergo erit illius victoria rara : triumphum

Qui de ciuili Martius hoſte tulit.

DE E O D E M.

Immensis locuples pecuniarum

Theſauris, rutilo beatus auro,

Balantis grege copiosus agni,

Multo iugere diues excolendo,

Ut primū audijt intonare cœli

Vocem; Vendite; Barnabas libenter

Nummorum graue pondus indigent;

Diffit.

Dispersit populo: greges & omnes
 Hasta supposuit, satosq; campos;
 Heredesq; dati reliquit aris
 Toto ex asse leues virum caternas,
 Christi pauperiem sequutus auream.
 Quae centum gemino lucro recondit
 Calo dinitias datas egenis.
 Ergo pauperies beatorem
 Gaza munificum facit ministrum.

AD EVANGELIUM.

¶ De Ioue. §

Quid Ioue cum falso simile est tibi Diue? Vocate
 Non poterat melius te pia turba Deum.
 Senegas: veriq; Dei praconia pandis;
 Non poteras melius proximus esse Deo.

DE D. LVCA EVANGELISTA,
 & Christi effigie crucifixi.

Dixerat athereas Lucas conuersus ad arces,
 Latus Apellatum dum properaret opus;
 Quam tibi Seruator mea dextera pingit image,
 Pectoris hac grati non leue pignus erit.
 Mensis ab exemplo tibi ducitur arte figura:
 Fixa animo quondam sederat illa meo.
 A animo melius picta est, quam dextera pinget:
 Mens magis est digitis ingeniosa meis.

Peclo-

Pectoris arcani mundo ostendatur imago;
Vel quā dextra nequit pingere, pingat Am-

DE EODEM.
Et effigie Beatæ Virginis.

QUam tibi Virgo paro, Lucas dicebat, imag
Multum operis, veræ plus pietatis habet
Plus habet affectus, varij quam pulchra color
Pictura, egregium dum facit autor opus;
Respluit ornatus gemmarum, & diuitis auri:
Natiuus placet hic simplicitate color.
Ducere virginitas veras modò pollice formas
Si velit, iste color Virginitatis erit.

DE EODEM CONCIONANTE.

ELoquio Lucas per Eoos fulminat ortus,
Inq^z Parethonia fulminat ore Pharo.
Fulminat Hesperiā in magnā, Danaūq^z, per urbe
Igneus in prisca fulminat Armenia:
Fulminat Ausonīa per sacra palatia Romæ:
Fulminat in regnis, Gallia magna, tuis.
Ignea fulminea iaculatur fulmina lingua:
Felix tergeminā quem ferit ille face;
Et ferit, & sanat; superatq^z, Machaonas omnes
Vertere sic medicā qui valet arte malum.

D. MARCVS EVANGELISTA. 353
DE D. MARCO EVANGELISTA.

Nectareo, interpres Diuum sacer explicat ore
Clauigero Marcus conscientia facta Petro:
Penniger à scribit cali miracula dextrâ:
Instruit exemplis secula longa suis.
Petrus habet linguam: scriptorem sidera: Mundus
Doctorem; terno munere, trinus abit.
Quantum igitur Triadi similis fit munere, tantum
Tergemino Heros Marcus honore prait.

DE EODEM.

Sanctissimam Christi fidem in Ægypto
proseminasse.

Splendore sacra lampadis igneo
Lustravit altam Pentapolim, Pharo
Marcus propinquam, fumiganti,
Quà Libycus fugat astra Phœbus.
Cessere templis monstra Acherontia,
Et sumptuosis nobile molibus
Taurus Serapæum reliquit,
Atque, sacras Crocodilus aras.
Caudata rictus simia gentium
Deperditarum callida pristinos
Optauit incassum, sepulta est
Fœda supersticio Deorum.
Spelæa quondam nota leonibus,

*Deserta saevis horrida tigribus
 Saltusq; turmæ Martialis,
 Atq; alijs loca foeta monstris,
 Heroas alto consilio ducem
 Marcum sequutos uberioribus
 Cepere votis, quam patenti
 Fert gremio vaga solitudo,
 Tellus Olympo proxima lucidos
 Lacepsit orbes; inuidet ætheris
 Formosus ordo tot cateruas
 Indigitum satis inuidendas.
Quæ tanta magnis insita mentibus
 Vis inuidendi? Marcus Olympicos
 Inuertit axes, sed rependit
 Cœlicolis pia damna liuor.*

♦ Eiusdem Martyrium. ♦
O D A.

*I*n sana nigro turba Serapidi
 Abominandis ritibus orgium
 Ducebat, in lœtis edacem
 Augurijs venerans iuuencum:
 Ergo nefandi funeris aripit
 Occasionem cœca furoribus,
 Diuūmq; crudelis peremis
 Ludibrio truculentiori.

Parata flammis ossa rogalibus

Cælo coacti vindice deserunt:

Per fulmen, & cædes colenda

Indigitis monet ossa cælum.

Corpus relictum gens melioribus

Imbuta sacris funere nobilit

Exportat, & pulchro beatos

In tumulo cineres reponit.

Exacta multis pensa laboribus

Phœbus quadriga fecerat ignea,

Cum per tumultus Adriani

Ossa maris Venetos reuisunt.

Tanto potitus munere nobilis

Gaudet senatus, ponit & inclyta

Delubra Marco, quem parentem

Imperio statuit regendo.


Leo beati cœlitis aſſecla,

Et ceterarum rex animantium.

Dat ſtemma, terrarum ominatus

Imperium Venetis futurum.

Finis libri noni.



SC LIBER DECIMVS.

DE CHRISTO TRIUMPHATORE.

DE SANCTISSIMIS MARTYRIBVS.

¶ Ad Martyres omnes. ¶

COelestes acies, fulgentiaq; agmina
Diuum,
Vestrum ego, dum viuam, prosequar
ore decus.

Cerno cicatrices, veteris vestigia pugnæ:
Membraq; montanis dilacerata feris.

Tinctas cæde manus, auulsaq; pectore colla,
Raptaq; per medias viscera sacra vias.

Aspicio vultus, nudataq; carnibus ossa,
Quæ populatrices sustinuere faces.

In me vestra precor, transcribite vulnera, Disse:
Vulnera delicias, hæc mibi vestra dabunt.

Si bene Threicio signantur stigmate serui,
Vulnera seruity sint nota, vestra mei.

¶ D. Stephano Protomartyri.

Nomine qui præfert claram rutilatæ coronam;
 Ante sacræ pugnas præmia Martis habet,
 Utq[ue] redardescant gemmis data serta, pyropos
 Contulit, ex pœnis prodigiosa silex.
 Marmora in ardentes vertit patientia gemmas:
 Atque ait; Artifici par mibi nemo manu.
 Ambrosiam de felle trabo: de funere vitam:
 Dat mibi saepè rudis gemmea sertalapis.

¶ D. Vincentio martyri inuictissimo.

Certant carnificum, saeuo cum iudice, dextra
 Dum te, Vincenti, vincere; victor abis.
 Pectora sulcantur, diris generosa flagellis:
 Sulcat ut agrestem vomer aduncus humum.
 Viscera rupta patent: feriuntur pectora virgis:
 Ignibus amburit flammea lamna latus.
 Pruna per effosos Vulcania mergitur artus:
 Fumant per ruptos exta perusta sinus.
 Ponoris in plumâ, molliq[ue], recumbis in ostro,
 Inq[ue] rosa tenera: nec mora, vita fugit.
 Victorem ò tenerum! tenero qui cedis amoril
 Credibile est aliter non potuisse mori.

¶ Tyrannus ad D. Vincentium.

TE super afficio, Vincenti; (expelle satelles;
 Instrumenta ferre sanguinolenta necis:) icer
E
Nesc
P
Mob
E:
Eq
Sp
Quid iuuat etatis tenerum praeidere florem?
 Quid renocare breves, in breviora, dies?
Dulce oculis iubar, & coeli spirabile lumen,
 Quid iuuat ante diem precipitare suum?
Fert animus gratas tibi vita extendere metas,
 Et vita dulces reddere delicias.
Mutauit ingenium; mea me clementia vicit;
 Darieties mentis cedat iniqua tua.
Quem mala non terrent, nec lucra ingentia flectant,
 Os hominis: dura catena rupis habet. V
ng
E
D
Obse
V

¶ D. Vincentius ad Tyrannum.

Quem non horrueram nota feritate tyrannum,
 Formidandus ades calliditate Draco. D
Vicimus immanem: blandum vincemus; ut iras
 Fregimus, est animus frangere blanditias.
Non tam se Prothens transmutat, & alterat arti
 Praeses ut ingenita calliditate facis.
Sis leo, sis draco, virgato sis corpore tygris:
 Tot referam titulos, quot geris arte feras. Hic
E
Oris

¶ Tirannus de D. Vincentio.

Vincimur in terris: medijs vincamus in undis:
 Occulat opprobrium mobilis vnda meum. Uiceris

icerit ut viuis, non vincat mortuus; illum
 Expertem tumuli marmora nigra tegant.
 Nesciet exuuijs tumidus mansuescere pontus:
 Parcere, nec Superis marmoris vnda solet.
 Mobile ludibriū tremulis iactabitur vndis:
 Extra feris rostris monstra marina trahent.
 Equore si vincor, vincendi nulla superstes
 Spes mihi: Vincenti quin locus omnis erit.

¶ De Coruo, & Reliquijs D. Vincentij.

Martyris exuuias, Dini spolia ampla peremptis;
 Etherēi seruat prouida cura Patris.
 Inguibus hamatis, qui funēta cadavera carpit,
 Excubitor sacrā pro dape, Coruus adest.
 Remigio alarum rabiem domat ille ferarum;
 Dira famēs sicut, nec rapit inde cibos:
 Obsequium, Praeses, vel Coruo disce magistro:
 Vel qui configat lumina, Coruus eris.

¶ De Coruo D. Vincentij.

Dum videt aduersam Solis Iouis armiger orbem,
 Risit, & arguto gutture Coruus ait;
 Hic melius poteras habiles defigere visus,
 Et spectare oculis lumina rara tuis.
 Oris ebur nuncum, geminos quoque luminis orbes;

Hinc geminum Titan vibrat ab ore iubar.
 Scintillare ignes sacra inter membra videres,
 Et mortem exanimis pertimuisse manus.
Huc, age, flecte acies, solem circunspice; Solis
 Linquent occidui lumina fessa, faces.

¶ Ad Coruum D. Vincentij.

Corue, quid exuuias, diuiniq; ossa parentis
 Insequeris, medio dum natat ille salo?
Sponte sequor numē: quō plus natura reclamat,
 Maior in obsequio est gloria, maior bonos.
Territat Oceani num te inclemensia? Sacro
 Numine securum me comes esse facit.
Mōstra maris metuis? Nō horreo mōstra, timeri
 Obsequijs Domino non supereesse meo.
Quae tibi sūt epulæ liquida inter cœrula? Nulla:
 Martyris est facies, pro dape, visa satis.
Quae te causa trahit? Reuerētia. Quævè fugabili?
 Nulla. Quis est portus? Quō comes ibit, eo.
An ne times mortem? Non horreo funera: solūm
 Interitus, Martyr si mihi desit, erit.

¶ De Coruo D. Vincentij.

Sic ait augusto Coruus de culmine templi;
 Nulla leui pennā par mihi pendet avis.
 Gestat

Iustitiat Assyrio Phœnix Titanius ostro,
 Punica purpureus crura coloret honor:
 Et picturatum corpus plumescat in aurum,
 Terga notet vario gemmea flore color.
 Ignis odor geminæ dirimat confinia vita,
 Dum sibi successor, dum pater ipse venit.
 Initiat attolli niueis sibi templa columnis,
 Quà sata diuitibus Nilus opimat aquis.
 Post decus eximium, post nidos messis odora,
 Crede, ministerijs inuidet ille meis.

¶ Coruus D. Vincentij ad Lusitaniam.

Ysia bellatrix, fas est tibi dicere; Nigro
 En mihi pro Coruo blanda Columba venit.
 Naturæ exuimus: remanet mibi forma, nigrorq;
 Mirus at in nigro pectore candor inest.
 Ni color obstat, posses me dicere Cycnum:
 Ingenio, niuei vinco coloris aues.
 Displicet admoto tetigisse cadauera rostro:
 Non sum prædo ferox, nec mibi præda placet.
 Coruus abest corui nigranti è pectori: mores
 Pectoris ingenui sunt mibi, membra feræ.
 Qui trahit attonitum rara admiracula mundū,
 In niueam Corui pectora vertit auem.

DE D. MANCIO MARTYRE

Primo Antistite Eborense.

Ad Illustrissimum D. D. Theotonium Archit.
pisco pum Eborensem.

Muta per Ausonias suspendimus organa syllab.
Ipse iubes tacitas sollicitare lyras.
Imperio parere iubent sacra iura parentum:
Cogit amor, blandi vis iubet imperij.
Materie negat esse pares facundia vires:
Et pudor ingenua continet ora manu.
Te duce, sacra cano: soluit mea Mancius ora.
Ut celebrem sacra, parta trophya, nece.
Vel tibi dum soleo, vel debita sacra Parents,
Debitor officij nobilioris ero.
Si placet, edatur: si displicet, occule; Palma est
Utraque sors, tanti Principis arbitrio.

AD D. MANCIUM.

In solemni reliquiarum pompa; ut supplici
Vrbi faueat. O D A.

Audiat mundus sub utroque Phœbo,
Funeris sacri meritos honores,
Vrbis nostra decus, Italique
Gloria gentis.
Audiatur, cultus tibi duns nouamus,

RE
sq; solemnnes redeunte pompas
Pacimus lati, cineresq; fuluo
Ponimus auro.

hic Martyr ardenti radians tiara,
Huc ades, parto celeber triumphoz:
Quem triumphali rutilans cruore
Purpurat ostrum.

IAC
Na gemmato religamus auro:
Ore libamus cineres receptos,
Pyramis raras tibi quos reservat
Facta per artes.

Hunc diem candens mihi gemma signet,
Clarus ut semper magis enitescat,
Orbe dum plenum peragit remenso
Circulus annum.

Mis augustos cineres adorat,
Ta profusis remoratur undis:
Tandiū absentis, lacrymis rependit
Damna Parentis.

ci
Numen offendas, duce te, remittat
Cimibus, Manci: procul hinc faceffat
Igneus Martis furor, & cupidio
Sordidus auri.

AD D. MANCIVM.

Tanto Doctore, & Fidei Parente vehementer
Eboram latari.

ODA.

ODA.

Diue, qui sacro radias in ostro
Inter augustas Superum cohortes:
Leta quo primæ Fidei magistro
Ebora gaudet.

Te, per immensos operum labores,
Huc, pererrato prope, Diue, mundo,
Duxit audentem grauis ardor, astris
Mira secundis.

Qua Tagus fulua speciosus urna
Leta flauenti sata ditat auro,
Te videt dantem documenta sacro
Hesperus ore.

Luce cœlesti tenebras fugantem:
Astra monstrantem rapienda: pure
Fonte tergentem maculas profundo
Corde latentes.

Vincla sacrantem violentatactus:
Carceris cæcas latebras beantem,
Quodque damnatus cuneis recidis
Marmor adactis.

Te videt sœuà nece finientem
Damna mortalis numerosa vita:
Te triumphali sata consecrantem
Sparsa cruore.

Vrbs tua, o Manci, magis ista felix
Cæde felici, roseoq; nimbo,

*Aureo quam si super appluisset
Copia Cornu.*

SC. AD D. MANCIVM. 365
Vt Vrbi suæ faueat.
O D A.

Dontifex, Manci, tibi dulcis Agni
Colligit crinem sacra cui tiara,
Nam cruor pingit, superans Olympi
Clarior ignes:

Elo natorum memor, expiasti
Tonte quos sacro; Pharaonis axes
Merxit ut Moses, religata soluens
Pondera fluctus.

Hic labor vitæ tibi gloriose:
Hic triumphalis tibi meta lethi:
Hic catenatum secuisse dicunt,
Marmora ferro.

Huc ades Manci, noua lux Olympi,
Vise gemmantes loculos, & offa
Quæ tegit celans pretiosa multo
Pyramis auro.

Dgregis, Manci, niuei Magister,
Instar aurigæ Pater, atque currus,
Qui citus mundum rapiens, in altum
Ducis Olympum.

Quo fugis Pastor, rapiente ferro?

Quo

*Quo fugis, charis gregibus reliclis?
Astra concendis, remanent in imo
Pulvere caule.*

*Siste pennatos, age, siste cursus:
Siste; Natorum memor esto; dulces
Fili⁹ Patris remoren⁹rur alas*

Alta petentes.

*Absque tam dulci pecudes magistro,
Sa⁹na mactant⁹m patientur ora
Tygrium, molles patientur agni
Rostra luporum.*

AD D. MANCIUM.

Vnum fuisse ex sanctissimis Christi discip⁹l⁹

ODA.

*L Inquis Europam, properante ceruo
Ocyor: tendis Solymas ad arces,
Rex ubi caeli noua iura condit,
Et nouat orbem.*

*Mira patrantem, Pater, intueris:
Colle sublimi, trepidante mundo,
Inter infames medium latrones*

Dura ferentem.

*Christus heroas rapit ex Averno,
Visit assuetas rediuius auras,
Tu triumphantem redditum tueris*

Ditis ab umbris.

Alta conscendit leuis astra, cernis;
 Dumq[ue] septeno pia corda flammant
 Igne, flammata tibi dant amores
 Ora columba.

Quâ ruis totus flagrat igne mundus.
 Igne fac dulces caleant alumi,
 Unde cælestes Superum voluptas
 Fundit amores.

AD D. MANCIVM.

* De eiusdem Martyrio. *

ODA.

Nter conspicuos sanguine Martyres,
 Ostro purpureo Mancius emines;
 Inter Pontificum præcipuos choros
 Gemmatâ nitet infulâ.

Augustis adyris quem colit Ebora
 Doctorem Fidei non variabilis;
 Et qui per populos vocibus intonat,
 Sancit dogmata sanguine.

Hanc dulci alloquio subdolus artifex,
 Hunc fieri aggreditur munificentia,
 Hunc ferro, varjs hunc cruciatibus
 Tentat frangere perfidus,
 Inniçlam superet quis Patientiam?
 Frustrâ percutitur vis adamantina;
 Ibis dura solet quæ ferientium

Damnis, cæsa retundere.
 Mentre decipiunt non bona vilia,
 Instar quæ fugiunt mobilis alitis,
Quæ spe nixa sacri Numinis, auream
 Sperat cœli opulentiam.
 Bissenū imperijs, Maxime, Principum
 Europam, Genitor, lætus obambulas,
Quà sol Oceano mergitur, Eboræ
 Tangis mœnia regiæ.
 Thesauros aperis: nuntia Gratiae
 Non audita nouæ gentibus aduehis:
 Aras sacrilegis ritibus impias
 Vasto diruis impetu.
 Sacris corda hominum fontibus expias:
 Vero ponis ouans limina Numini:
 Cernuntur subitò, te duce, splendida
 Auro fulgere sœcula.
 Armis impietas adfremtit: occidis:
 Loris carnifices peclora lancinant:
 Placatoq; litas Numine, nobilis
 Factus victima Pontifex.

AD D. MANCIVM.
 Triumphus Martyrij.
 ODA.

B Ella post sœua generosa pugna,
 Post fatigatas feriendo dextras,

Terga post altis perarata sulcis,

More nonalis:

Astra sublatis petis alta penis:

Lactea, Manci, similis columba,

Tendis ad dulces, generose, nidos:

Dine triumphans.

Quod latus ferro patefecit hasta,

Unde diuini maduere rores,

Dulce diuinos, tibi fit cubile

Inter amores.

Quos dat amplexus tibi mitis Agnus!

Quam pius collo pia colla necit!

Quot dat admotis, tibi blandiendo,

Oscula labris!

Igne flagrantib; tibi cor liqueficit,

Era succensis velut in caminis:

Igne mens dulci flagrat, igne pectus;

Igne medulla.

Quo triumphales meruere palma

Dona, cœlestis tibi reddit Agnus:

Inter augustos Proceres, superbum

Induis ostrum.

Plaudit exultans tibi latus ether:

Ebora eternos cineres adorat,

Quos tibi fuluo manus elaborans

Ponit in auro.

370 DE CHRISTO TRIVMP.LIB.
DE D. SEBASTIANO MARTIR
inuictissimo.

Marcum, & Marcellianum hortatur Seba-
nus ad martyrium.

O D A.

INgente fortes pectore Milites,
Qui bella contra monstra lacescitis:
Queis dulcis in palmas cruentum
Signat iter nece duxor Agnus:
Vicistis Orcum, cum duce perfido,
Vicistis; Ardens en Draco palpitat:
Ceruice truncata, retentas
Sanguinea noua bella cava.
Trophæa pugnis parta recentibus,
Fixisse valuis gestit Olympicis
Infracæa virtus: sumptuosas
Dulce fuit rapuisse palmas.
Truncata sauis Hydra draconibus
In bella monstrosis foeta repululat:
Instaurat infelix furori
Ira, nouas repetita vires.
Prior duello sauijt aspero
Draco triformis; sauer irruit
Post damna: nec parcit furori,
Quem Stygi stimulant colubri.
Ad astra ciues tollite lumina,
Ad astra: portæ sunt ubi laureæ:

Euincat affectus trophyum,

Quod Pietas super astra fecit.

Ne fœminarum vox lacrymabilis,

Ne paruolorum vox lacrymantium

Palmas retardet non honores;

Quos valida meruere pugna.

Vitam infidelem linquite nescijs,

Sequuntur ombras qui sine pondere;

Audenter expugnate cœlum.

Vita ubi nobilior perennat.

Prob quam fugaci vita ruit gradus.

Humana! quantum fudit imagine.

Fallace! sublimes, et imos.

Præcipiti feriens ruina!

Incerta semper lugubris exitus.

Certis ministrat damna periculis;

Mentita spes longas, et annos.

Fila fecat roseæ iuuentæ.

Ab blandienti parete credere.

Insida plus est, cum magis allicit;

Venena gemmato propinat.

Vt Babylon pretiosa in auro.

Deforme prima crimen originis.

Postles Olympi fecit abeneos:

Duro resicas ex metallo.

Dextra aperit violenta valvas.

Per dura cœlo vim facientibus.

Obstat voluptas mollis adultera:

Quæ corda, quæ duros lacertos.

Debilitat, religatq; vinclis.

Mens dura duro corde viriliter

Fert arma contra: dilacerat manu:

Mactat voluptatem trementem:

Ut teneras aquila columbas.

Illustre Romæ germen, & inclytum:

Natum salubri fonte beatius,

Ad regna cœlestesq; fasces,

Ad ducus imperij supremi,

Calcate plantis imperiosus

Suppressa fœde colla libidinis:

Audacter expugnate cœlum:

Pressa sacris fremat Hydra plantis.

D. SEBASTIANVS DIOCLETIANVS Or
Immanitatis esse belluinx, huma num sanguin Fle
vbique terrarum fudisse: monstri verò simile
diuinos honores portentis detulisse: qua
impietatem vindex Deus impunitam min Om
mè præteribit.

ODA.

Quem Roma, Cæsar, suspicit ardua
Rubro superbum lumine purpura,
Depone bacchantes furores:
Ira grænes animos remittat.

Maior Potestas te super eminet:

Potentiori sub Domino regis:

Cui bella tam vanè minaris,

Quān Superis temerè Typhæus.

Cuius ministros sacrilegè pīs

Auellis aris non sine funere:

Quorum triumphali cruore

Tergemini nūtatoris mundi.

Rubent cruento funere Galliae:

Hispana tellus, littus & Africum;

Ægyptus undantis fluenti

Purpureā nece tingit undas.

Cruenta mitto flumina Græciae:

Rubros Philippo cædibus impīs:

Montesq; sylvestresq; saltus,

Qui roseis maduere nimbis.

Orbus senatus patribus ingemit,

Flet consularis gloria purpuræ:

Mœrent cruentatæ suorum

Funeribus vacuæ secures.

Omnes feroci pectore Principes

Euincis, omnes cæde tyrannides:

In te reuiuisunt Neronum

Monstra nouis reparata monstris.

Boues sonoro gutture mugiunt,

Ignes abenum queis latus ambiunt:

Fumantq; fornaces: vaporant

Sacra leues latera in fauillas.
 Distenta soluunt pectora machinæ:
 Strident sagittis membra volantibus:
Lipu
Frat
 Quid lora, quid lapsus rotarum
 Commemorem, liquidumq; plumbu
 Ut nota ponto sint tua crimina,
 Merguntur vndis sacra cadauera:
Aut
Vast
 Implentur Heroum cruore
 Monstriferi pecudes profundi.
 Insanientis more, quid æthera
 Armis lacestis debilis impys?
Vel
Hos
 Quas saevis astris machinaris,
 In caput assilient ruine.
 Supplex adoras turpia numina,
 Et saxa, finxit que manus impia:
Lart
 Fulni metalli queis honorem
 Materies pretiosa reddit.
 Colisq; Martis numen adulteri:
 Toruamq; sahæ Gorgone Palladæm,
I
 Priscumq; Neptunum frementis
 Imperium maris arrogantem.
 Mittantur aræ Cypridis improba:
 Mittantur atræ templa Proserpine:
Pa
Via
 Et Vesta, Vestalesq; flammæ
 Imperij comites superbi.
 Quid, stulte, Faunos numina suspicis,
 Quid Panæ fœdis cornibus hispidum?
N

Nymphasq; Syluanosq; turpes,
 Mille alios sine fronte truncos?
 Liput supremi non pudet imperi,
 Fraudare sacris Numen odoribus?
 Dinare supremos Tonantis
 Marmoribus Parijs honores?
 Autore cælo, vis Capitolium
 Vastabit armis: aut rogus impius
 Afflabit: aut vastæ prioris
 Diluuij repetentur vnde.
 Vel terra vasta rupta voragine
 Hostes relictæ Numinis hauriet:
 Mortalium sic impiorum
 Sacrilegæ meruere culpæ.

IN D. SEBASTIANVM.
 Martyrij triumpho multis victorijs prælusisse.

ODA.

Nieta virtus necit adreas:
 Palmasq; palmis adiicit inclytas;
 Post parta bellorum tropheas,
 Grandibus approparet triumphis.
 Parata monstrat gloria glorie
 Viam parandæ; bella per horrida
 Praeclaræ pulchro facta letho
 Gloria nobilior coronat.

Ingens egenis dat patrimonium

Sebastianus: diuitias breues

Permutat astris: ne fugaces

Dum sequitur, fugiant corona.

Ex in profatur mens generosior;

Quid frusta quæro vilia cespitis?

Adscripta cœlo, quid requiro

Dona citis fugitiua pennis?

Quæ spe nitentes iam teneo globos,

Transgressa cursu sidera præpeti,

Tellure cur ima morabor,

Mole leues inhibente cursus?

Diuina prudens quæ mihi feligo,

Humana nec̄to cur mibi vincula?

Cur quæro luctus, & dolores,

Perpetuos subitura risus?

Aspernor orbis regna iacentia:

Suspiro cœlum, sunt ubi gaudia;

Transmitto thesauros: & auro

Sidereos redimo triumphos.

AD D. SEBASTIANVM.

*Horrenti sagittarum syluâ confixum, flores, non
vulnera præ voluptate legisse.*

ODA.

O*Diue, vestit quem sacra purpura
Infecta cæsi murice pectoris:*

*Cui corda, cui pectus, latusq;
Letiferae fodiunt sagittæ.*

Te dura cæso quò magis asperat

Felix arundo pectorum dulcius

Duros sagittarum volatus

Ambrosij subeunt liquores.

Alata pennis deproperantibus

Sagitta pectus tranat in intimum:

Armata non pennis voluptas

Ante leues volitat sagittas.

Dum sylua telis horret abeneis,

Confossa vernant pectora floribus:

Duræ voluptatum ministrae

Veris opes posuere dextræ.

Inusitatæ vis patientiæ

Tormenta flores vertit in aureos:

Dulcem in voluptatem dolores:

Dedecus in celebres triumphos.

Sæuire nescis barbare carnifex:

Pro cæde, flores demetis: & rosæ

Nectunt odoratæ coronis

Elysiae sacra dona syluae.

Mole expeditus tendit in æthera

Pennatus Heros; sic leuis ardeas:

Regina sic tendit volantum

In superas generosa sedes.

IN D. MARCELLVM PONT.

Max. & martyrem.

DE septemgeminis dicebat collibus ingens
Roma, triumphali conspicenda sinu;
Pignora delectant dulces viciura Parentes:
Me m̄ia delectant pignora passa necem.
Displacet ipsa mihi iam purpura, displacet aurum,
Marcelliroseus dum notat ora crux.
Nos volo delicias alias: spolia aurea nolo,
Dum licet amplexus inter habere meos.
Quin dixisse licet; Video latissima Nati
Quām pro relliquias, tam prope Numen adest.

IN D. GENESIVM MARTYREM.

SIc inter fūtes, interq; incendia clamas,
Vnguladūm, Genesi, rumpit abīna latus.
Carnifex iterate nouas tormenta per artes:
Ingeminent dura verbera cruda manus.
Mille neces properent infligere, mille dolores:
Mille mihi surgant funera, mille crucis:
Ore reuelletis nunquam mihi, pectore nunquam
Christum, vita animi qui mihi sola mei.
Veracanis, Genesi; post funera mortis acerbas:
Viuis, in extinto puluere, Christus erit.

IN SANCTISSIMOS MAR-
tyres Thebaeos.

Vanissimâ Deorum religione ípretâ graues Ma-
ximiano iras concitasse.

ODA.

Ad bella dura perfida Galliae,
Cæsar cohortes Herculeus rapit:
Crudo rebellantem duello
Imperijs domiturus hostem.

Transcendit Alpes cum grege Martio:
Ad sacra turmas prouocat impia:
Cruentat aras: cæde tauros
Sacrilegæ feriunt secures.

Thebaea tantum flagitium cohors
Fugit: nefandi conscientia criminis
Secedit in rupes: Agauni
Qua Rhodanus lauit amne sylvas.

Mox astuanti pectore fulminat
Immane Cæsar: consilium rapit:
Cui corda, cui mentem furore
Precipitant pudor, & tumultus.

Distringe, dixit, dextra age, Martium
Distringe ferrum; demete perfidos:

Vt messor albentes aristas
Per Libycos populatur agros.

Conuelle stirpem funditus impiam,
Conuelle: pulchrum est noxia vellere;

Auto-

Autore me, quondam relictum
 Iustitia imperium reusat.
 Astræa culpas, me duce, vindicat:
 Astræa Cæsar quod iubet, approbat;
 Immane, vindictam morari,
 Est scelus, in malè pertinaces.
Infanda fas est crimina persequi:
Læsere turmæ Numina: Cæsarem
 Læsere; mactentur seuerè:
 Vtiliter pereunt nocentes.
Quos crimen unum copulat, auferat
Mors una: & unum contumulet solum;
 Dispersa per campos cruentæ
 Membra feræ lacerent volucres.
Nudate fortis corpora milites:
Se quisque raptis exuvijs tegat:
 Piosq; cultores deorum
 Impietas spolijs opimet.
Hos tem deorum qui ferit, adiicit
Iucunda vitæ tempora Cæsari;
 Cæsar triumphabit, cruoress
 Sacrilegæ referens cohortis.
Quid fando vestros iam moror impetus,
Quos iustus urget pro superis dolor?
 Portenta nunc ritu trucidant
 Herculis, Herculeæ cohortes.

*IN MARTYRIVM SANCTORVM
Thebaorum.*

Sævitiae; omnia ex libidine administranti, nihil crudelitatis reliquum esse: virtuti, cui fides comes est, nihil ardui prætermitti.

O D A.

Permissa diræ frenæ licentia;
Laxata fœdæ frenæ libidini:
Permista libertas nefastis
Monstra odijs fera machinantur.
Iustis soluti legibus impij
Thebæa cingunt agmina: sauiunt,
Bacchantur, instigant, minantur,
Diripiunt, lacerant, trucidant.
Minus leonum pignora sauiunt,
Minus reiecant vincula tygrides,
Inter iuuencorum timores,
Quam manus Herculei tyranni.
Enses corusco fulmine sauiunt:
Thebæa mucro corpora laciniat:
Truncantur artus, & cruenti
Cede rubent, radiantque vultus.
Adduntur atro funera funeri:
Per cuncta sævit vis ruit impetus;
Matura procumbit, senectæ
Associat iuuenilis ætas:

Emota

Emota ferro lumina sedibus:

Raptantur aures post caualumina:

Genæ cruentantur: reuulsæ

Lingua salit: tremit icta ceruix.

Carent recisis brachia dexteris:

Truncata raptis corpora brachijs:

Vix seruat in toto recisum

Corpore iam sua membra corpus.

Hiant patenti pectori vulnera

Adiecta plagis grandibus: additum

Addens sat ingentes aceruos

Triste cadaueribus cadauer.

Augusta virtus prodigia sanguinis

Querit Nerones; inter adreas

It cædis indignæ corona

Sanguineis pretiosaguttis.

Fides beati conscientiaris,

Perrumpit ignis fumiferos globos:

Secura Neptuni frenementis

Imposito pede calcat undas.

Tormenta siccis luminibus videt

Horrenda pœnis: funere fertilis

Erumpit in foetus: coronas

Lethiferæ pariunt ruinæ.

Post funus armat vis adamantina,

Corpus sepultum: post cineres sacros


Fides triumphat: bella norunt

Post obitum tenues capilli.
Quid blanda molles querimus otia?
Vitamq; in umbrā ducere molliter?
Ad astra pugnaces, ad astra
Sanguineo properant duello.
Adastra virtus amula fortium
Torosa, factis mascula peruenit;
Labuntur imbellis ruina
Præcipiti Stygis in profundum.

Finis libri decimi.



LIBER



LIBER VNDECIMVS.

DE CHRISTO TRIVMPHATORE.

IN SANCTISSIMOS ECCLESIE
Doctores.

D. HIERONYMO.



*Mphitryoniadē citbarā Rhodopeiū
phens
Dum canit, & fortī monstra subactū
manū:*

Vix auditus erat; frenant uaga flumina cursus;

¶ Er sitit argutos (quis putet?) unda sonos.

Deseruere feræ sylvas: præsepia tauri:

Gramina lanigeri deseruere greges.

Inclinata graues traxere cacumina montes:

¶ Excutiant gelidas culmina mota niues.

Ardua nudatis descendit collibus ornus,

Additur & salici populus alba comes.

Non lupus in teneros infrendit dentibus agnos:

Non rabido in lepores infilit ore canis.

Non timide horrescant, inspectâ tygride, damaz:
Massyllam cerui non timuere iubamus.

Cesserunt veris veteris mendacia fame,
Dum sonat, atque rapit vox tua, magne senex.
Dum canis aethereum facundo in pectori regem,
Proq^z lyrâ, saxo pectora pulsâ sonant.

Hic ab Apollineo differs modulamine vate,

Ille feras, hominum tu fera corda trahis.

Ille & precipites cursus infrenat aquarum:
Tu scelerum undantes sistere cogis aquas.

Ille sui gelidas inflammat amore pruinas:

Ardent de saxo frigida corda tuo.

Metrahabit vulsa summis de montibus ornos,

Flectit & ad numeros aspera saxa suos;

At tu radices vitiorum auellis adultas:

Flectis saxoso saxeâ colla sono.

Culminate regum, poterat te Roma morari,

Gloria, delicia, purpura, cultus, opes;

Europæ contemnis opes, Romæq^z senatum,

Tecta Palæstina dum rapis ima casa.

Omnia demittis, Christum rapis: ista rapina

Accessit titulis gloria rara tuis.

Pradonem beat hac, non damnat, sacra rapina,

Raptrices inter dum manet illa manus.

Lucis augustam suspenso fornice rupem,

Et cunas, natum quæ tenuere Deum.
 Quale Caystræas olor albus cantat ad undas,
 Latior Elysij cùm vocat ora soli:
 Taliter expiras sacra ad cunabula vita:
 Mors tibi lata venit, nata ubi vita fuit.
 Non moreris, moriare licet; mors improba turbat:
 Vita exorta negat te potuisse mori.

DE EODEM.

Sic ait, affixi lacrymans ante ora Tonantis,
 Dum ferit informi pectora mole senex;
 Heu! pia quam duri terebrant vestigia clavi!
 Quam tenet affixas vis violenta manus!
 Horrida quam video densis sacra vepribus ora!
 Perq[ue] latus casi pectoris ire neces.
 Ire tot aspicio per hiantia vulnera fontes,
 Quot faciunt clavi, lancea, lora, rubi.
 Nil mirum est feriam duro si pectora saxe:
 Sic fiam Christi dulcis imago mei.

DE EODEM.

Magne senex, quantum prædæ felice bearis!
 Magne senex, quantus brachia sacrata
 Vulnera seu spæctes manantia sanguine: pulchrum
 Nil magis est oculis, nil magis esse potest.

latus aspicias, per quod sacer ignis anhelat,
Nil ad delicias dulcius esse tuas.

Nidemitte grauem dextram: ne vè ora refleste:
Nil maius, pulchrum nil mage Olympus habet.
Ipses mille manus felicia pondera poscunt:
Poscit mille oculos, queis tueare, decor.

AD EUNDEM.

Dum contemplaris Pueri præsepe Tonantis:
Mutum inter mutus dum iacet ille pecus:
Quam noua de stratis incendia ducis aristis!
Quiam nova de Pueroflamma repente venit!
Nettus amplexus, atque oscula iungitis ambo:
Et Puer, anno so de senecte, victor abit.
His præ delicijs, murasse palatia Roma,
Nil miror; posses deseruisse polos.

AD EUNDEM.

Rupe sub horrenti tenerum dum species IESVM
Incola præsepis, talia voce refert;
Abrispiere mihi dura incunabula linguam:
Plus spectare licet sed minus ore loqui.
Sensa animi prodant lacrymosa hac lumina: quoique
Lingua nequit, referant imbre fluente, genere.
Plus mihi lacrymulis dicit, quam vocibus, Infans:
De lacrymis didici prodore cordatus.

DE EODEM.

Pars ego purpurei fueram non parua sena
 Vel auitq; humeros purpura sacra meos.
Me duce, Pontifices fudere oracula mundo
 Romaq; de scriptis est pia facta meis.
Nota est Græca mibi, nota est Romana vetus
 Culta Palæstinis est mea lingua modis.
Ista, libens patiar, tacitura silentia celent,
 Corda q; sub cæso pectora clausa premant.
Dum manus arrepto proscindat pectora saxo
 Et solum in pœnas sint adaperta meas.

S. DIVO AVGUSTINO.

Inclita mortales Sapientia vise relictos:
 Affectat monitus terra relicta tuos.
Labere de cælo, scelerum fera monstra fugabis
 Effugient Stygij, te veniente, canes.
Ne mortales Sapientia poscite, dixit:
 Non opus aduentu iam reor esse meo.
Augustinus agit pro me, quod postulat orbis
 Illius alloquijs (si loquar) una loquar.

DE EODEM.

Africadatur monstrorum iure creatrix.
 Prodigium tantum quæ peperisse potest
 DIV R

¶ DIVO AMBROSIO. ¶

Eḡa maiestas, & sacra potentia certant:

Utraque præsidijs imperiosa suis.

perat imperio, maiestatemq; superbam;

sensura Ambrosij cedere iusta facit.

Præsulis est virtus adamantina; Casaris alti-

Ferrea sed titulos utraque laudis habet.

unisi ad Ambrosij vestigia ponere fasces,

Urbe triumphato, Principis arma queunt;

enisi Theodosij didicit clarissima virtus,

Præsulis ad sacros procubuisse pedes.

DE EODEM.

Cipiadas quid Roma tuos attollis in astra,

Qui tibi fulminei vindicis instar erant?

ad memoras Cossos, fortesq; in bella Camillos?

Ecquid Fabricios imperiosa tuos?

rius Ambrosij tibi militat aurea virtus,

Durius eloquij fulmine monstra ferit.

per Fabricius, tantum quo Roma superbis,

Olli collatus iam, puto, mollis erit.

AD EVNDEM.

Imperia, & fasces cedunt tibi, maxime Diuum:

Regia maiestas dat tibi victa manus,

Nec ferus it contrà Stygij regnator Auer-

Ore tuo cedit victus : in arma ruit.

Astra tibi cessere , tuis onerata tropheis;

Ipse triumphorum pondera sentit Atlas.

Vel mibi palmarum pondus graue demite,

Vel nouus in coeli pondera sudet Atlas.

A D E V N D E M.

Dum parat exitiū tibi perfida dextera,

Quem Superum sacrā cura tuetur op̄ Se

Perfidus irrumpit sacrum in penetrale sati

Et parat infandā colla ferire nece.

Dum manus erigitur, ferrumq; intētat,

Amittit vires arida facta suas.

Perfide, sacrilegæ non sunt sine vindice cul

Perfide, diuino vindice facta luis.

Inq; tuā monstrant cœlestia robora dextrā,

Protectum superā, quem petis, esse mania

D E E O D E M:

Epitaphium.

Quis tumulo iacet hoc? Heros adamantis

Atrox

Frangere tam solidum mors adamāta p

Cessit, ut æternos raparet super astra trium

Si non cessisset, mors, puto, victa foret.

D. G.

D. GREGORIO MAGNO.

(est;

Vnde Roma tulit, Genitor, latere neceſſe

Leta est exortu non minus illa tuo:

adedit vitam tibi: tu benè viuere posse:

Veraque ab autore est vita beata suo.

manè ut viuat Roma effici: aurea mores

Romanos fingit, dum videt illa tuos.

Pontificem sibi Roma tulit, mundoq; parentem:

Cœlo, degremio pignora nata suo.

De Petro cedis: reliquos virtutibus æquas:

Sed minor & reliquis ut videare, facis.

D. BASILIO.

gens Europæ, Basili, decus addite terris,

Gloria per geminos cognita, Diue, polos,

ur non augusta placide requiescis in urnâ?

Cur post fata vagum per mare carpis iter?

Nicia qui quærunt, dicis, post fata quiescant:

Non placet, extincto vel mibi, blanda quies,

Et mea, dum vixi, sonuere silentia: mundum

Attonitum do. Età sèpè ego voce dedi;

Nunc etiam, mutos inter fluitantia pisces,

Muta queunt mutis piscibus offa loqui.

D. IOANNI CHRYSOSTOMO.

COniurent elementa, minax coniuret Olympus,
Intententq; graues infima, summa minas.
Et ferruginea Stygium Plutona quadrigæ
In fera monſtrifero cum grege, bella ferant.
Sannus Aloidas trahat in sua caſtra Typhæus,
Igneæ ponderibus quem grauat Aetna ſuis.
Addat ſe quidquid monſtrorū, & fraudis in Orco eſt
Sulphure torrentes Styx ubi voluit aquas.
Monſtra ſupercilio tremefacta fugauerit aureo,
Aurea qui ſacro nomina ab ore rulit.
Viribus hiſ cefſit Romana potentia; Mundus
Debilis, hac fuerit cui minor, hostis erit.

D. BONAVENTVRÆ
Doctori ſanctissimo.

PLena Deo ſpirant præcordia, plena beatis
Divinitijs, cœlum nobile pectus habet.
Defuit a thereis ſapientia miſta caminis:
Hi flamas præbent pectoris, illa iubar.
Suscitat affectus ardor; ſapientia mentes
Dirigit: hinc certas pandit in aſtravias.
Pontifici vicina tenet fastigia, ut inde
Fortius ardentis ſpargat in ima faces.
Sint Superis diſtincta choris duo munera cœlo,

Quæ Seraphinus amans, quæ Cherubinus habet.
 Nil terra inuidet superis: si munera certent,
Hic Seraphinus amans, hic Cherubinus erit.

D. THOMÆ A QVINATI
 Doctori Angelico.

QUAM tibi mercedem, dicebat dulcis IESVS
 De cruce, pro libris, pro pietate dabo?
 Te præter (retulit Thomas) nil prodigus opto:
 Quid polus, aut tellus, te sine, auara dabit?
 Anne petam regum conuinia splendida luxur?
 Fercula das, rosea plus pretiosa nece.
 Dinitiasne petam? gemmant tua vulnera, gemmat
 Dulce caput: gemmat sanguinis imbre gena.
 Anne petam dulci rorantes nectare fontes?
 En latus ambrosij fluminis instar habet.
 An ne petam rerum miracula, dulcis I E S V?
 Naturæ in geminâ prodigiosus ades.
 Sit mihi paupertas tecum, ter maxime regum,
 Te sine qui regum munera nulla volo.
 Te sine nil dederit quisquis dabit omnia; nude
 Dinitias omnes, in cruce nudus, habes.

IN CONFESSORES.

D. DOMINICO SACRÆ FAMI.
liæ Parenti sanctissimo.

SOLEM in corde gerit, sidusq; in fronte; coruscat
Vnde per Eoas, Hesperias q; plagas.

Dulce examen apū, dulcissima pectora mōstrat:
Fulmina fax linguae, quam tenet ore canis.

Voce Acheron teos Plutona remittit ad ignes:
Corpora de pheretris dat rediuiua suis.

Exuuijs onerat felicibus astra: sequuntur,
Quò vocat, ingentem cerea corda ducem.

Huius ad augustos elementa sequacia nutus,
Et Phlegeton vires dedidicere suas:

Est rerū Dominus, domitor Phlegetōtis; & inde
Grandius in titulos nominis omen habet.

D. VINCENTIO FERRER.
Ex eādem familiā, Dei præconi maximo.

Martia bellatis tuba Numinis, audijt orbis
Quā sacra nō solitis bella tonare modis:

Terrificant animos tua fulmina: fumat Auernus
Ante oculos: flammā vindice flagrat humus.

Vim patitur cœlum rapiendum fortibus ausis:
Dicit inassuetos dux Methanæa choros.

Parturiūtq; graues lacrymātū lumina nimbos:
Flagra-

Flagrasonant: sanguis defluit: ora tument.
 Destruis utiliter: melius destructa reformas;
 Felix interitus, quo pia vita redit!
 Admiranda nouæ reuocas primordia legis,
 Prodigis, sacris dotibus, ore, fide.
 Excipe virgineos augustæ Matris honores,
 Excipe bissenos, nomina prima, duces,
 Ille parem Phœbo dederit qui lumine solem,
 Is tibi præstiterit, maxime Diue, parem.

D. ANTONINO ARCHIEPISCOPO
Florentino ex eadem familia.

Dum petit amplexus suspensus in aere Diuus,
 Oscula dum lateri dat pia, Christe, tuo,
 Occupat amplexu dum roscida membra cruento,
 Dum lacrymas stillant lumina, latus ait;
 In cruce Christe iaces: me mollia fulcra tenebunt?
 Tartara debellas de cruce: lentus ero?
 Nudus es: accipiam preciosæ vestis amictus?
 Fel bibis; & dulci nectare pascar ego?
 Vilior appares inter famosa latronum
 Corpora: nobilium stemmata clara petam?
 Largiter effuso manant tua membra cruento:
 Ferreus, ah! cædis tam male parcus ero?
 Prodigere cædis, certemus uterque vicissim;
 Quis potes adde cruces: quas dabis ipse feram.

D.PE-

D. PETRO MARTYRI.

Ex eadem familiâ.

Molliter occubant, queis ocia mollia cordi:
 Fortiter hostili me decet ense mori.
Colla voluptatum succidimus arte: triformis
Hereseos miris fregimus ora modis.
Ingeminet partas victoria sanguine palmas:
Non placet ex uno gloria parta iugo.
Nomina si rapiunt per vulnera pulchra puella,
Si pueri tenerà clara tropheâ manu:
Indignum est, matura virum quem fecerit atas,
Molliter in molli funus obire rosâ.
Ergo, tibi Romana fides, præmitto cruentem:
Sanguinis imperium, te penes, omne met.
Sic ait; hostiles iugulo rapit obuius enses,
Petrus, virginæ gloria rara chori.
It cruentus: & multo de vulnere gloria; fuso
Sanguine quæ vènit gloria, rara venit.

D. HYACINTHO

Ex eadem familiâ.

Qvæ tulit huc regio tato splendore Hyacintbū,
Aut cælum, aut cælo proxima terra fuit.
Quæ mouet aura comas placidissima? Virginis ore
Reddit. Quis coluit tam bene? Virgo parens.
Vnde

Vnde decus flori tantum? Virgo afflat honores.

Quae rigat vnda? Sacro Virginis orta sinus.

Quae tegit hunc florem custodia? Virginis. Illum-

Quae tam lata fouent sidera? Stella maris.

Cur amat hunc florem Virgo angustissima? Florene-

Scilicet assimilem virginitatis habet.

Dum rapit hic niueos tenera de Virgine mores,

In mores Virgo fit studiosa suos.

De eodem super pallium nauigante.

F Lumen, ut insuetæ vidit miracula lyntris,

Ei mugire, leui sub pede, pondus aquæ:

Desinite o ciues, dixit, mirarier: undas

Tam bene qua nouit subdere, planta beat.

Stagna Palastina Christi vestigia: Mauri

Itala sustineant: tertia palma mea est.

Pondera deposita gemino monstrante magistro

Virginitas: duræ nil grauitatis habet.

Vita columbinas cui lactea præsttit alas,

Quid mirum est, demptâ si rate, tranat aquas?

De eodem moriente.

I Te leues Superi, dilecto dicite; Languet:

Vulnus in arcanâ mente Hyacinthus habet.

Vulnus alit venis: non est medicabile vulnus:

*Ni sacra qui fecit vulnera sanet amor.
Funus amat, referent cui funera sola salutem:
Certa salus, sacro est posse in amore mori.*

De eodem.

Fida animā hanc, dulcis Christi manus accipe, dixit:
*Flos tuus aeterno vere perennis erit.
Veris opes vincet, vel quas produxerit ortus:
Vel quas purpureo vespere terra parit.
Quae gerat hunc florem sacro vel pollice carpat,
Apta manus summi sola Tonantis erat.*

De eodem mortuo.

Spirat, & expirat formosi gratia floris:
*Maior & in rosea fronte perennat odor.
Forma immortales rutilans ostentat honores:
Subrubet in teneris purpura grata genis.
Vitæ signa nonæ viuunt in imagine mortis:
Luminaq; extinctum viua cadaver habet.
Mortis praterita vestigia nulla supersunt:
Et vita incepit plurima signa manent.
Sparsit sidereo extincta per ora colores,
Perq; sinus niueos balsama virginitas.
Mors fuit hec mortis finis: super athera vita
Principium; Disce hinc vintero, disce mori.*

De eodem.

Ne timeas myrrhae tristes Hyacinthe sapore:
Prateriti tristis iam sapor, alter adest.
I, sequere audacter ducentem ad sidera vocem:
Aurea sunt meritis sidera parta tuis.
Collis odorati fastigia celsa propinquant:
Culmen inaccessi thuris odore fragrata
O quantum sacri celant mysteria thuris!
Plena voluptatis culmina collis habet.
O quam regnantis sunt dulcia vulnera Christi,
Hancsta quibus tristis myrrha, sit ambrosia!

DE EODEM.

Ad Sigismundum Poloniæ regem.

Hec ora qui Phrygiū, qui pectore vincis Achille:
Ingentes animos robore: Marte duces:
Quem Bellona ferox quem Mars miratur in armis,
Martia fulminea cum rapis arma manus:
Quantum animo spondes! atas quos florida fructus!
Quanta domus sperat, Rex tua! quanta polus!
Arma tibi Sicula solidant fornace Cyclopes:
Arma per humanas non violanda manus.
Neptunus tibi nutrit equos: dat Gorgona Pallas,
Fulmineamq; hastam, qua fera bella geras.
Spes hominum vinces: iam pignora magna dedisti
Sideribus: maius nomen, & omen habes.

Nexam oleā parat ipsa tibi victoria laurum:

Pacis oīua comes, laurea Martis erit.

Despicis ipse oleam, laurumq; animosus, & inquis;

Sat mihi pro geminā fronde, Hyacinthus erit.

Adeundem Regem, de eodem.

Dic quibus in terris inscripti nomine Regnum
Nascuntur flores? laetus inquit Olor.

Ambigui nihil est: tibi fas componere litem:

Hiflores, Princeps, per tua regna nitent,

Hos etiam inscribis regali nomine: quando

Nomine sacrantur, Rex generose tuo.

IN D. FRANCISCUM.

Ara rogat pauper: sed nulla numismata mastus
Franciscus, misero qua dare possit, habet.

Lumina ad aetherium lacrymantia vertit Olympum;

Mente, oculis, hilari pectore, poscit opem.

Francisci expugnat reuerentia Numen: & aurum

Dat subito: ex alto munera lapsa polo.

O quam diues abis, qui munera fulua reportas!

Dona tibi magnum præstata Numen habent.

Vel quia Franciscus tetigit, vel Numen: utr que

Relliquias faciunt cum tetigere, manus.

In effigiem argenteam D. Francisci. 49
FOrsan in argento nostros mirabere vultus:
 Paupertatis abest non mibi summus amor.
 Pauperie argentum iubeo vilescere nostrâ;
 Quid iuuat argentum si mibi saccus adest?
 Diuitibus placeat facies argentea; fictum
 Argentum totus sed mibi saccus habet;

D. BERNARDINO SENENSI
 ex Franciscanâ familiâ.

(dat,
Monstriferos scelerum partus röpb ea truci-
 Nescia quā vinci dextra Tonantis agit.
 Fulminat horrendum:lacerâtur möstra: ruinam
 Vana supersticio fortiter icla trahit.
 Palpitat impietas instar truncata draconis:
 Et vomit exuuias Cerberus ipse suus.
 Alloquijs stimulos addit pia vita loquentis:
 Et nouat exemplo secula lapsa suo.
Olli pro clypeo septemplice, Nomen IESVS;
 Illius auspicijs monstra jubacta cadunt.
 Vnus adest miles : certamina mille geruntur:
 Mille acies contra, plurimus Orcus adest.
 Imperia, & Reges vincuntur, & horrida bella;
 Tantum sanguinei nominis umbra potest.
 Egide pro sacrâ gestat qui nomen I E S V,
 Robora, pro centum millibus, vnus babet.

D. ANTONIO LVSITANO
Ex eàdem familià.

Respice delicias humanæ gentis: amores
 Respice, quos geminis ignibus afflat amor.
 Sidereæ Charites vernant in fronte: redundant
 Deliciae in vultus, quas sinus intus habet.
 Dulciter Elysios delibans gratia flores,
 Affudit labris prodiga, Diue, tuis.
 Perq; tuos vultus dulci ferit igne medullas
 Dulcis amor: feriens vis medicamen habet.
 Blanditijs noua bella moues, & abenea frangis
 Corda: minus facies, si fera bella geras.
Quæritis unde faces potuit, queis vinceret orbi,
 Dicere delicias, dicere blanditias?
 Dum Puer, puer ipse animo, blanditur I E S V,
 Blanditias tenero surripuit Puer.

DE DIVO ANTONIO,
& domo patria.

Fit domus augustum, tua per cunabula, tēplū,
 Dum sacer in patrià nasceris æde puer.
 Templa paras, ubi dona petant cœlestia ciues,
 Danda Patris summi munere, danda tuo.
 Neve verecundam patiantur vota repulsam,
 Victima pro populis fit tua vita tuis.

ALIV'D.

COgnita prodigijs domus hec, & munere diuīm;
Fit templum augustum numinis ipsa sui.
Numinis o quantum cœlo dedit! hanc super aether
Funditur, inq dies largius addit opes.
Et licet accipiat diffusum in munera cœlum,
Plus tribuit cœlo tam pretiosa domus.

ALIV'D.

TEMPLU AUGUSTU, ingēs, opulentū & numine Dīnum;
Natali, Antoni, fit domus ista tuo.
Perdita vita redit: cæcis sua lumina: claudis
Gressus: & amissa restituuntur opes.
Ergo genu incumbens meritō te mundus adoret,
Cui nulla effingi sanctior ara potest.

AD D. ANTONIVM.

Plus dare non potui, dixit Natura crearet
Cum te magne Parens: Gratia dixit idem.
Ipsa exhaust opes Natura, & Gratia quando
Hec animum fixit, pectoris illa decus.
Edita per summum cessent miracula Numeri:
Vt puto, pro chnctis, tu satis unus eris.

* De eodem, & Puerto IESV. *

HUmano generi per te blanditur Olympus,
Hic ubi natalis sunt monumenta tui.
Ce 2 Nectar,

Necltar, & Ambrofiam per te distillat in orbē.
Aspera, blanditijs mollia corda facis.

Dum tibi blanditur, blandus puer infit IESVS;
Tantum orbi, quantum sum tibi, blandus eris.
Ne tibi blanditiæ desint : de corde liqueſti
Da mibi blanditias, ſed tibi ſume meas.

50 De eodem, & rebus perditis. ☩

IMmortale decus patriæ: ſpes fida tuorum.
Antoni, ingenium dulce Tonantis babes.
Mille modis mortale genus solaris, & orbem:
Damna leuas vitæ triftia mille modis.
Se tibi commifit cœli indulgentia, & infit;
Per tam munificas me iuuat ire manus.
Hic amiffarum rerum eſt tutela; Parentem
I, posce; Amifſum te tibi reſtituet.

51 De eodem, & martyrij amore.

PRo pietate mori generoſe Antonius ardet:
Ipsa negat pietas proprietate mori.
Atque ait; innumeris vita hæc asperrima pœniſſimis
Instar martyrij non leuioris habet.
Occidit infesto Martyr, velut hostia, ferro:
Immolat in lentā te pia cura nece.
Viue, diu Antoni, moriare ut ſepiūs; uno
Vix tibi ſufficiet funere poſſe mori.

¶ De eodem morituro. (uus,

Hæc mandata dabat supremo in funere Di-
Cum peteret fatis debita regna suis.

Mens petat alta polos; exēpla relinquimus orbi;
Sacra fides, scriptis erudière meis.

Reliquias Pataui pro munere reddimus urbi;
Patria, reliquias dulcis amoris habe.

¶ De eodem, & lingua incorrupta.

Heròe extincto dum mors inimica triūphat,
Corporis & sacrum depopulatur opus.

Pectora percurrit, percurrit liuida frontem,
Marmoreasq; manus, sidereasq; genas.

Ventū erat ad linguā; stupefacta quiescit; & infit;
Abstineo à lingua, contineoq; manus.

Semina quæ tetigit viui immortalia Verbi,
Ingenium Verbi non morientis habet.

Haud tāgēda mihi est, vitā quæ præstitit; & Mors
Si malē tentassēm tangere, viua forem.

IN DIVVM BRVNONEM
Magnæ Carthusiæ fundatorem.

Bruno fugis mundum, cœlo fugiendo propin-
quas:

Hæc fuga quam multis causa salutis erit!

Ce 3 Dam-

Damna fugis, pia lucra petis: fugis ocyor hostem:
 In Patris amplexus te fuga lata rapit.
 Vincula dura fugis, libertatemq; sequutus
 Latus habes, Christi dum iuga blanda trahis.
 Inter inaccessas manant tibi dulcia cantes
 Mell a fanis: oleo scruepa saxa madent.
 Aspera sunt facie tantum deserta: recondunt;
 Sapè sub occulto mellea dona sinu.
 Fel de melle legant, tribulos de flore nocentes;
 Fel graue delicias dat tibi: spina rosas.

DE EODEM.

INfusa despiciatur, baculiq; insigne superbam;
 Pontificum magna despiciuntur opes.
 Plus facis exemplo, despecta Bruno tiara,
Quam faceres sacro præsulis officio.
 Sacra reliquisti que culmina, mille requirent;
Quisacra despiciat culmina, rarus erit.

DE EODEM
in solitudine.

IN te bella fremunt: tu propugnator, e& hostis:
 Parta tamen, Bruno, premia Martis habes.
 Vinceris, & vincis: tu te sequerisq; fugisq;
 Tu tibi dux comiti: tu comes ipse duci.

Effugit

CONFESSORES.

407

Efugis insidias, properas quas tendere: laudis
Victor materiam te facis esse tua.
Dite clara tibi crescit vistoria: de te
Crescere deuicto, que tibi sola potest.

DE BRVNNONE, ET THEOTONIO.

Brigantino Archiepiscopo
Eborensi.

Hactenius ignotas per te quod uector in oras,
Princeps, ingenij est munus, opusq; tuis.
Adicis egregijs quod templa insignia natis:
Natorum & Patris, sub lare, vinit amor.
Quod veniente die, quod me fugiente requiris,
Te duce, Brunonem, noxq;. diesq; sonat.
Spiro quod augusta cœlatus imagine, mira
Hoc animi pietas, hoc tua dextra facit.
Multum alijs, Princeps, tribuis; mihi prodigus uni
Cum sis, si iubeas soluere, parcus eris.

IN CARTHVSIANAM FAMILIAM
Diuinis opibus satis instructam: summâ rerû
humanarum despicientia, ex rupium latebris
amicissimis, celestis instar columbæ, assiduos
in Deum volatus meditari.

ODA.

Regina summi filia Principis,
Enata rupes inter inhospitas :
Stellante quæ dulces reponis
Religio super arce nidos.

Vestiris auro diuite : lilijs.

Stiparis albis candida : prouocat
Stellata candores niuales
Sidereis coma margaritis.

Præcincta duris circum adamantibus,
Fugacis æui libera legibus

Nescis senectam, quæ decentem,
More aquilæ, reparas iuuentam.

Columba pulchro pectore candida,
Derupe, rupis tendis ad intima

Arcana : contra Ditis arma
Hic stabilem tibi condis arem.

Amica pacis tendis ad inuia,

Ramis oliuæ ne xa virentibus,

Terris ad amplexus reliclis

Siderei reuolas Parentis.

Argenti, & auri pondera respuis,

Depressa ad Orcum corda grauanta.

Res certa ; cessantes retardat

Alituum graue pondus alas.

Stat mensa nullis sparsa cruoribus

Feralis escae ; pabula sufficit

Piscisq; vernantesq; fruges:

Pascit olus, facilesq; baccæ.

Cibi voluptas indiga deperit:

Polus voluptas indiga concidit;

Non segnis extingues Veseui,

Subtrahe materiem, caminos.

Occlusa cellæ sub penetralibus,

Admissa solis alloquijs Dei,

Phænicis in morem cremaris,

Et veterem raparas senectam.

Opalma, palmis cincta frequentibus,

Sylvas comantes inter? & auias,

Te Numen, æternum comantem

Sidereo legit in triumphos.

DE EADEM FAMILIA.

ODA.

OVita vitæ par propè Cœlitum,

Ignota terris: æthereis plagiis

Sat nota: præsignis trophyis:

Innumeris opulenta palmis:

Autore ab illo ducis originem,

Spelunca ruptis quem caua rupibus

Collegit, umbrosis cauernis

Colloquio Aligerum fruentem.

Cuius tacentis mira silentia

Mundum alloquuntur: miraque castitas

Et

Et nuda paupertas sequaces
 Instituunt sine voce turmas.
 Securus alto degit in ocio,
 Quem cella celat; submouet omnia,
 Turbare quæ norunt quietem:
 Hoc petitur noua pax duello.
 In iuriosæ regna libidinis
 Euertit armis mollia fortibus;
 Truncatur infelix cupido:
 Pulta fugit scelerum voluptas:
 Lacepsit hostis prælia, sustinet:
 Nec vis, nec ensis fulminat æreus:
 Quam miles infert bellicosus
 Vim sibi, plus patiuntur hostes.
 Prægustat altæ gaudia patriæ
 Concessa diuis: nectare pascitur,
 Mens unde Diuorum beatas
 Delicias sitienter haurit.

GVIGONI SANCTISSIMO

Ex Carthusiana familiâ.

Non tot in exitium Troiae ferale ruentis
 Martia Troianus pectora fudit equus,
 Fusa per Europaæ campos quot, Diue, feruntur
 Nata magisterio fortia corda tuo.
 More aquilæ, in solem desfigis lumina; Nati

CONFESSORES.

In solem figunt lumina clara tui.
Præda aquilæ similis superum prædâris Olympum;
Vi rapiunt nati sidera celsa tui.
Quot tibi sunt nati, tot te specula aurea monstrant;
Fit speculum natis sed tua vita tuis.

HUGONI LINCONIENSI EPIS- copo ex eadem familiâ.

Hugo elephantiacis dum figeret oscula membris,
Precipiti morbum iussit abire fugâ.
Quam tibi sunt Hugo præcordia dulcia! sacris
Vulnera qui labris deliciosa facis!
Credo equidem, nec vana fides, mortalibus ægris
Fundere delicias per tua labra polos.

BASILIO HEROI SANCTISSIMO. Ex eadem familiâ.

Ne vernas super ossa rosas, ne lilia funde:
Nec super augustos balsama rara sinus.
Floribus Elysijs tumuli sacra marmora vernant;
Rara sacra vita balsama, vincit odor.
Carminanec tumulo, titulos nec marmore pone,
Qui tumulo clausas testifcentur opes.
Sint satis in titulos miracula rara; sepultos
Nempè oculi titulo nobiliore legunt.

DIVO